dei bona et beneplacēs et p̄fecta.  
Dico em̄ p̄ grām que data ē michi  
om̄ibus qui sunt inter vos nō pl;  
sape q̄ oportet sape: sed sapere ad  
sobrietatem. Et vniciūq;: sicut de-  
us diuisit mensurā fidei. Sic em̄  
in vno corpe multa mēbra habe-  
mus. om̄ia at̄ mēbra non eūdem  
actum habent: ita multi vnū cor-  
pus sumus in christo. Singuli at̄  
alter alterius membra In christo

ihesu domino nostro. **Gradua.**  
**B**enedictus dominus deus israel  
qui facis mirabilia magna solus  
a seculo. **vf.** Suscipiat montes  
pacem populo tuo et colles iustici-  
am. **Alia. v.** Jubilate deo om-  
nis terra seruite domino in leticia.

**Secundum lucam. ij.**

**F**illo tempore. Cum factus  
esset ihesus annorum duodecim  
ascendentibus illis iherosolimam se-  
cundum consuetudinem diei festi. con-  
summatisque diebus cum redirent:  
remansit puer ihesus in iherusa-  
lem. et non cognouerunt parentes  
eius. Estimantes autem illum esse  
in comitatu: venerunt iter diei. et  
requirebant eum inter cognatos et  
notos. Et non inuenientes: regres-  
si sunt in iherusalem requirentes  
eum. Et factum est post triduum:  
inuenierunt illum in templo seden-  
tem in medio doctorum audientem il-  
los. et interrogantem eos. Stupe-  
bant autem omnes qui eum audie-  
bant: super prudentia et responsis  
eius. Et videntes ammirati sunt. Et  
dixit mater eius ad illum. Fili quid  
fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et  
ego: dolentes querebam te. Et  
ait ad illos. Quid est quod me quere-  
batis? Nesciebatis quia in hijs que  
patris mei sunt oportet me esse? Et  
ipsi non intellexerunt verbum: quod lo-  
cutus est ad illos. Et descendit cum

eis et venit nazareth: et erat sub-  
ditus illis. Et mater eius conseruabat  
omnia verba hec: conseruens in cor-  
de suo. Et ihesus proficiebat sapi-  
entia et etate et gracia: apud deum  
et homines. **Offertorium.** Jubilate deo  
omnis terra iubilare deo omnis terra  
seruite domino in leticia intrate in con-  
spectu eius in exultatione quia do-  
minus ipse est deus. **Secreta.**

**O**blatum tibi domine sacrifici-  
um viuificet nos semper et  
muniat. Per dominum. **Co-**

**F**ili quod fecisti nobis sic ego et pa-  
ter tuus dolentes querebam te: et  
quid est quod me querebatis nescieba-  
tis quia in hijs que patris mei sunt  
oportet me esse. **Complenda.**

**S**upplices te rogamus omnipo-  
tens deus: ut quos tuis resi-  
cis sacramentis. tibi etiam placitis  
moribus dignanter deservire con-  
cedas. Per. **In octaua**

**ephe carus per totum ut in die scō.**

**D**eus cuius unigeni **Collecta.**  
tus in substantia nostre carnis  
apparuit: presta quies. ut per eum quem  
similem nobis foris agnouimus  
intus reformari mereamur. Et te.

**Lectio psalme prophete. xij.**

**D**omine deus meus honorificabo te:  
laudem tribuam nomini tuo quia facte  
mirabiles res. Consilium tuum antiquum  
verum fiat Domine excelsum est brachium  
tuum: deus sabaoth corone spei. que

ornata est gloria. Exultet desertū  
et exultent solitudines iordanis.  
Et populus meus videbit altitu-  
dinē dñi et maiestatem dei: et erit  
cōgregatus et redemptus p̄ deū.  
Et veniet in syon cū gaudio: et le-  
ticia sempiterna sup̄ caput ei⁹. laus  
et exultatio. Et aperiam in mon-  
tibus flumina: in medijs campis  
fontes discūpam. Et terram siccā  
tem sine aqua cōfundam. Ecce pu-  
er meus exaltabitur et eleuabit⁹:  
et sublimis erit valde. Haurietis  
aquas in gaudio de fontib⁹ salua-  
toris: et dicetis in illa die. confite-  
mini domino. ⁊ inuocate nomen  
eius. Notas facite in populis vir-  
tutes ei⁹: memētote qm̄ excelsum  
est nomē eius. Cantate nomē ei⁹:  
cantate dño quia mirabilia fecit.  
annūciate hec in vniuersa terra.  
Dicit dñs omps. **Smatheū. iij.**

**F**illo tpe Venit ihesus a ga-  
lilea in iordanē ad iohānem  
ut baptizaret ab eo. Iohānes autē  
prohibebat eū dicens. Ego a te de-  
beo baptizari. et tu venis ad me?  
Respōdens at̄ ihesus: dixit ei. Si-  
ne modo. Sic em̄ decet nos implere  
omnē iusticiam. Tūc dimisit eum  
Baptizatus at̄ ihesus: cōfessi ascē-  
dit de aqua. Et ecce ap̄ti sunt ei ce-  
li: et vidit sp̄ritū dei descendētem  
de celo sicut colūbam. ⁊ veniētem  
sup̄ se. Et ecce vox de celo dicēs Hic

est fili⁹ meus dilect⁹. in quo michi  
complacui. **Secreta.**

**H**ostias tibi domine pro nati fi-  
lij tui apparicione deferimus sup-  
pliciter exorantes: ut sicut ipse no-  
stroꝝ est auctor munerū. ita sit ip-  
se et misericors susceptor ih̄s xp̄s  
dñs noster. **Qui tecū. Cōplēda.**  
**C**elesti lumine q̄s dñe semper et  
vbique nos preueni: ut mysterium  
cuius nos p̄ticipes esse voluisti. ⁊  
puro cernam⁹ intuitu et digno p̄-  
cipiamus effectu. Per dñm.

**O**mnis terra **Dñica sc̄da.**  
adoret te deus et psallat tibi  
psalmū dicat nomī tuo altissime.

**Ps̄.** Jubilate deo omnis t̄ra psal-  
mū dicite nomini eius date glori-  
am laudi eius. **Collecta.**

**O**mnipotens sempiternus de-  
us. qui celestia simul ⁊ ter-  
rena moderaris: supplicationes  
populi tui clementer exaudi. ⁊ pa-  
cem tuam nostris concede tēpori-  
bus. Per. **Ad romanos. xij.**

**F**ratres. Habētes donaciōes  
sc̄dm grām que data ē nob̄  
differētes. Siue p̄phēciam: sc̄dm  
rationē fidei. Siue ministeriū: in  
ministrādo Siue qui docet: in doc-  
trina. Qui exhortatur: in exhortā-  
do. Qui tribuit: in simplicitate.  
Qui preest: in sollicitudine. Qui  
miseretur: in hplaritate Dilectio  
sine simulacione. Odiētes malū:

adherentes bono Caritatē frater-  
nitatis inuicem diligentes: hono-  
re inuicem preueniētes. Sollicitu-  
dine non pigri. Spiritu feruētes  
domino seruiētes. Spe gauden-  
tes: in tribulacione paciētes Ora-  
tioni instantes: necessitatib⁹ sanc-  
torū coicantes. hospitalitatē sec-  
tantes. Benedicite psequētib⁹  
vos: benedicite et nolite maledice-  
re. Saudere cū gaudētib⁹. fle-  
re cum flentib⁹. Idipsum inuicē  
sentientes. Non alta sapientes:  
sed humilibus cōsentientes.

**Grad.** Misit domin⁹ verbū suū  
et sanauit eos et eripuit eos de in-  
teritu eor⁹. **vs.** Confiteātur dño  
misericordie eius et mirabilia ei⁹  
filijs hoīm. **Alla.** v. Laudate  
deum omnes angeli eius laudate  
eum omnes virtutes eius.

**I**n illo tpe. **Scdm iohem. ij.**  
Nuptie scē sunt in chana ga-  
lilee: et erat maḥ ihesu ibi. Vocat⁹  
est autē et ihs: et discipuli ei⁹ ad nup-  
cias. Et deficiente uino: dicit mater  
ihesu ad eū. Vinū non habēt. Di-  
cit ei ihesus. Quid michi et tibi est  
mulier? Pondū uenit hora mea.  
Dicit maḥ ei⁹ ministris. Quodcū-  
q; dixerit uobis. facite. Erāt autē ibi  
lapidee pdrie sex posite. scdm puri-  
ficacionē iudeor⁹: capiētes singu-  
le metretas binas uel ternas Dicit  
eis ihs Implete pdrias aq̄. Et im-

pleuerūt eas usq; ad summū. Et  
dicit eis ihesus Haurite nūc: et fer-  
te architriclino. Et tulerūt. Ut autē  
gustauit architriclin⁹ aquā uinū  
factam. et nō sciebat unde esset. mi-  
nistri autē sciebant qui hauserāt  
aquam: uocat sponsum architri-  
clinus. et dicit ei. Omnis homo p̄  
mū bonum uinū ponit: et cum in-  
ebriati fuerint tunc id qd̄ deteri⁹  
est. Tu autē seruasti uinū bonum  
usq; adhuc. Hoc fecit iniciū signo-  
rū ihesus in chana galilee: et ma-  
nifestauit gloriam suā. Et credide-  
runt in eū: discipuli eius. **Offer.**

**I**ubilate deo uniuersa t̄ra iubi-  
late deo uniuersa t̄ra psalmū dici-  
te nomini eius uenite et audite et  
narrabo uobis omnes qui time-  
tis deum quanta fecit domin⁹ ani-  
me mee alla. **Secreta.**

**O**blata domie munera sanc-  
tifica: nosq; a peccatorum  
nostroz maculis emunda. **Per.**

**Prefacio cotidiana q̄ ab octaua  
ephie usq; ad diem ciner⁹ tenetur  
nū festum haberet ppriam. Cō.**

**D**icit domin⁹ implete pdrias aq̄  
et ferte architriclino dū gustasset  
architriclinus aquā uinū factam  
dicit sponso seruasti uinū bonum  
usq; adhuc hoc signū fecit ihesus  
primū coram discipulis suis.

**A**ugeatur in nobis **Cōplēda**  
dñe q̄s tue uirtutis opacio:

ut diuinis vegetati sacramentis.  
ad eorū pmissa capienda tuo mu-  
nere preparemur. **P. Omnia scia**

**A**dorate deū oēs angeli eius  
audiuit et letata ē spon et ex-  
ultauerunt filie iude. **Ps.** Dñs  
regnauit exultet terra letent insu-  
le multe. **Collecta.**

**O**m̄ps sempiternus deus infir-  
mitatē nostrā propici? et  
pice: atq; ad ptegendū nos dex-  
eram tue maiestatis extende. **Per**

**H**rēs. Nolite eē **Ad roma. xij.**  
prudentes apud vosmetip-  
sos: nulli malū pro malo reddē-  
tes. Prouidentes bona: nō tantū  
coram deo. sed etiā corā om̄ib; ho-  
minibus. Si fieri p̄t qd ex vobis ē  
cū omnibus hoībus pacē haben-  
tes. Nō vosmetipsos defendētes  
harissimi: sed date locū ire. Scrip-  
tū est em̄. Nichi vindictam: et ego  
retribuā dicit dñs. Si esurierit  
ūmicus tuus: ciba illū Si sitit: po-  
tum da illi. Hoc em̄ faciēs: carbo-  
nes ignis congeres sup caput ei?  
Noli vinci a malo: sed vince in bo-  
no malū. **Grad.** Timebūt gen-  
tes nomen tuū domine et omnes  
reges terre gloriā tuā. **v.** Quo-  
niam edificauit dominus spon et  
videbit in maiestate sua. **Alla.**  
**vs.** Exultate deo adiutori nr̄o in  
bilate deo iacob **v.** Sumite psal-  
mū iocundum cum cythara.

**Secundum mattheum. viij.**

**I**n illo tempore. Cum descen-  
disset ihesus de mōte: secute  
sunt eū turbe multe. Et ecce lepro-  
sus veniēs: adorabat eū dicēs Do-  
mine: si vis. potes me mūdare Et  
extēdens ih̄s manū: tetigit eū di-  
cēs. Volo mūdare. Et p̄festi mū-  
data est lepra ei. Et ait illi ihesus  
Vide nemini dixeris: s; vade ostē-  
de te sacerdoti. et offer mun? qd p̄-  
cepit moyses in testimoniū illis.  
Cum aut̄ introisset ih̄s capharnaū  
accessit ad eū centurio rogās eū et  
dicēs. Dñe: puer meus iacet pali-  
ticus in domo: et male torquet. Et  
ait illi ihesus. Ego veniā: et cura-  
bo eū. Et respondens cēturio. ait  
Dñe. nō sum dign? ut intres sub  
tectū meū: sed tantū dic verbo et  
sanabit puer meus. Nā et ego hō  
sum sub potestate: habēs sub me  
militēs Et dico huic vade: et vadit  
Et alio veni: et veit Et seruo meo  
fac hoc: et facit. Audiens autē ihe-  
sus miratus est: et sequentibus se  
dixit. Amen dico vobis: non inueni  
tantā fidem in israhel. Dico autē  
vobis: q; multi ab oriente et occidē-  
te venient et recūbent cū abrahā  
et p̄saac et iacob in regno celorum  
Filij aut̄ regni eiciēt in tenebras  
exteriores: ibi erit fletus et stri-  
dor dencium. Et dixit ihesus cēt-  
rioni. Vade: et sicut credidisti fiat

tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. **Offer.** Dexteram domini fecit virtutem dexteram domini exaltauit me non moriar sed uiuam et narrabo opera domini. **Secreta.**

**H**ec hostia quam dominus emundet nostra delicta. et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per. **Co.**

**M**irabantur omnes de hijs que predebant de ore dei. **Complenda**

**Q**uos tantis dominus largitur uti mysterijs. quos: ut nos effectibus eorum veraciter aptare digneris. Per. **Dominica quarta Cantus per totum ut super in dominica predicta. Coll.**

**D**eus qui nos in tantis periculis constitutos per humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis ut ea que pro peccatis nostris patimur. te adiuuante vincamus. Per dominum

**R**es. **Remini ad roma. xij.** quicquid debeatis: nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem impleuit. Nam non adulterabis. non occides. non furtum facies. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mandatum: in hoc uerbo instauratur Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio.

**Secundum matheum. vij.**

**I**n illo tempore. Ascendente ihesu in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiret fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt: et suscitauerunt eum dicentes Domine salua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro homines: mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia uenti et mare. obediunt ei. **Secreta.**

**C**oncede quos omnipotens deus. ut huius sacrificij munus oblatum. fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat. Per. **Complenda.**

**M**unera tua nos deus a delectationibus terrenis expediat: et celestibus semper instruatur alimētis. **Dominica quinta. Cantus per totum ut super dominica tertia. Collecta.**

**F**amiliam tuam quos dominus continua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis innititur. tua semper protectione muniat. Per dominum.

**R**es. **Induite ad colose. iij.** vos sicut electi dei: sancti et dilecti viscera misericordie. benignitatem. humilitatem. modestiam. pacienciam. supportantes inuicem et donantes uobismetipsis. si quos aduersus aliquem habet querelam: sicut et dominus donauit uobis. ita et vos.

Sup oia aut hec charitate hntes: qd est vinculu pfectionis. Et par christi exultet in cordib? vestris: in q? vob? vocati estis in vno corpe. et grati estote. Verbu christi habitet in vobis habudater. in omi sapia docetes et pmonetes vosmetipos in psalmis hymnis et canticis spiri tualib?: in gra cantates in cordi bus vestris dno. Qd qdcuq? facit? in verbo aut in ope: oia in nomie dnu nri ihesu christi facite: gratias agetes deo et patri. **P**iesum xpm dnm nrm. **Grad.** Timebunt ge tes nomie tuu dne et oes reges ter re glam tua. **vf.** Qm edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. **Alla. v.** Exultate deo ad iutori nro iubilare deo iacob. **vf.** Sumite psalmu iocudum cum cy thara. **Secundum matheu. xiiij.**

**F**illo tpe. D. i. d. s. pabolam hac. Sile factu est regnu ce loz ho? qui seminauit bonu seme in agro suo. Cu at dormiret hoies venit inimic? eius et supseminauit pzaniam in medio tritici et abiit. Cu at creuisset herba et fructu fecit: tuc apparuerunt et pzaniam. Accedentes aut serui patrifamilias: dice runt ei. Dne: none bonu semen se minasti in agro tuo? Dñ ergo ha bet pzaniam? Et ait illis. Inimicus ho h? fecit. Serui at dixerunt ei Dis imus et colligim? ea? Et ait. Non.

Ne forte colligetes pzaniam: eradi cetis simul cu eis et triticu. Sinite utraq? crescere usq? ad messem: et in tpe messis dica messorib?. Colli gite pmu pzaniam: et alligate ea fa sciculos ad coburendu. Triticu at cõgregate: i horreu meu. **Dece.**

**N**ostias tibi dne placatonis offe rimus. ut et delicta nra miserat? absoluas. et nutacia corda tu diri gas. **Per. Complenda.**

**P**sa qd ops deus ut illi? salutar? capiam? effectu: cui? p hec mpte ria pignus accepimus. **Per.**

**C**ircudederunt **Dñca in. lxx.**  
**Q**ue gemit? mort? dolores in ferni circudederunt me et in tribu lacione mea iuocaui dnm et exau diuit de teplo sancto suo voce me am. **Ps.** Diliga te dne virt? mea dñs firmamentu meu et refugiu meu et liberator meus. **Gla in excel. no d: nisi in duplicibus et se midu. usq? pasche. Collecta.**

**P**reces ppli tui dne qd clemen ter exaudi: ut q iuste p pec catis nostris affligimur: p tui no minis gloria misericordie libere mur. **Per. Ad Corinthios. p. ix.**

**F**iles. Nescitis q hi qui in sta dio currunt. omnes qdem cur runt. sed vn? accipit brauiu? Sic currite. ut pphendatis. Qis em q in agone cotendit. ab oibus se ab stinet Et illi quide ut corruptibile

coronam accipiant: nos autem in  
corruptam. Ego igitur sic curro:  
non quasi in incertum. Sic pug-  
no non quasi aerem verberans:  
sed castigo corpus meum et in serui-  
tutem redigo. ne forte cum alijs  
predicauerim ipse reprobus efficiar.  
Nolo enim vos ignorare fratres quoniam  
patres nostri omnes sub nube fu-  
erunt. et omnes mare transierunt:  
et omnes in moyse baptisati sunt  
in nube et in mari. Et omnes ean-  
dem escam spiritualem manducaue-  
runt: et omnes eundem potum spiri-  
tualem biberunt. Sibeant autem  
de spirituali. consequente eos petra  
Petra autem erat christus.

**Gradua.** Adiutor: in oportuni-  
tibus in tribulatione speret in  
te qui nouerunt te quoniam non derelin-  
quis querentes te domine. **vs.**

Quoniam non in finem obliuio erit pau-  
peris: patientia pauperum non pe-  
ribit in eternum: exurge domine ne  
preualeat homo. **Tractus.**

**D**e profundis clamauit ad te do-  
mine. domine exaudi vocem meam.

**vs.** Fiant aures tue intendentes  
in orationem serui tui. **vs.** Si  
iniquitates obseruaueris domine  
domine quis sustinebit. **v.** Quia  
apud te propiciatio est et propter le-  
gem tuam sustinui te domine.

**F**illo tpe. **S. mattheum. xx.**  
Di. ihe. dis. s. parabolam hanc.

Simile est regnum celorum homini patri-  
familias: qui exiit primo mane con-  
ducere operarios in vineam suam. Con-  
uentione autem facta cum operarijs ex de-  
nario diurno: misit eos in vineam  
suam. Et egressus circa horam ter-  
ciam. vidit alios stantes in foro oc-  
ciosos: et illis dixit. Ite et vos in vi-  
neam meam: et quod iustum fuerit da-  
bo vobis. Illi autem abierunt. Ite-  
rum autem exiit circa sextam et nonam  
horam: et fecit similit. Circa unde-  
cimam vero horam exiit. et inuenit  
alios ociosos stantes. et dixit illis  
Quid hic statis tota die ociosi? Di-  
cunt ei. Quia nemo nos conduxit.  
Dicit illis. Ite et vos in vineam me-  
am. Cum sero autem factum esset: di-  
xit dominus vinee procuratori suo.  
Voca operarios: et redde illis mer-  
cedem. incipiens a nouissimis usque  
ad primos. Cum venissent ergo qui  
circa undecimam horam venerant:  
acceperunt singulos denarios. Ve-  
nientes autem et primi: arbitrati  
sunt quod plus essent accepturi. Ac-  
ceperunt autem et ipsi singulos dena-  
rios. Et accipientes: murmurabant  
aduersus patrem familias dicentes  
Ipsi nouissimi una hora fecerunt: et  
pares illos nobis fecisti: qui por-  
tauimus pondus diei et estus? At il-  
le respondens vni eorum dixit. Ami-  
ce: non facio tibi iniuriam. Nonne  
ex denario conuenisti mecum? Tolle

quod tuum est et vade. Volo autem et huic nouissimo dare: sicut et tibi. Aut non licet michi quod volo facere? Aut oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi.

**Offerto.** Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. **Secreta.**

**M**uneribus nostris quod sumus domine precibusque susceptis. et celestibus nos munda impsterijs et clementer exaudi. Per dominum.

**Co.** Illumina faciem tuam super seruum tuum et saluum me fac in tua misericordia domine non confundar quoniam inuocaui te. **Complenda.**

**F**ideles tui deus per tua dona firmentur: ut eadem et percipientes requirant. et querendo sine fine percipiant. Per dominum.

**Dominica in sexagesima.**

**E**xurge quare obdormis domine exurge et ne repellas in finem quare faciem tuam auertis obliuisceris tribulacionis nostre adhesit in terra venter noster exurge domine adiuua nos et libera nos.

**Ps.** Deus auribus nostris audiuius patres nostri annunciarunt nobis. **Collecta.**

**D**eus qui conspicias quia ex nulla nostra actione confidimus:

concede propicius. ut contra aduersa omnia doctoris generum protectione muniamur. Per dominum.

**Ad Corinthios. secunda. xi.**

**F**ratres. libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit: si quis deuorat. si quis accipit: si quis extollitur. si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerim? in hac parte In quo quis audet in insipientia dico: audeo et ego. Hebrei sunt et ego Israelite sunt: et ego. Semel abrahe sunt: et ego. Ministri christi sunt et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus habundantius. in plagis supra modum. in moribus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas. vna minus accepti. Ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum: ter naufragium feci. Nocte ac die in profundo maris fui. In itineribus sepe periculis fluminum. periculis latronum. periculis ex genere: periculis ex generibus periculis in ciuitate. periculis in solitudine. periculis in mari: periculis in falsis fratribus. In labore et erumpna: in vigiliis multis. In fame et siti: in ieiuniis multis. in frigore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt instantia mea cotidiana. sollicitu

do omnium ecclesiarū. Quis in /  
firmatur. et ego nō infirmor? Es  
scandalizatur. et ego non uor? Si  
gloriarī oportet: que infirmitatis  
mee sunt gloriabor. Deus et pat̄  
domini nostri ihesu christi scit qui  
est benedictus in secula q̄ nō mē /  
tior. **D**amasci preposit̄ gentis a  
rethe regis custodiebat ciuitatez  
damascenoz: ut me cōprehende /  
ret. Et per fenestram in sporta di  
missus sum per murū: et sic effu  
gi manus eius. Si gloriari oportet:  
non expedit quidem Veniam  
autē ad uisiones: et reuelaciones  
domini. Scio hominē i christo an  
te annos quatuordecī. siue in cor  
pore nescio siue extra corpus nes  
cio. deus scit raptū huiusmodi us  
q̄ ad terciū celū. Et scio huius  
modi hominē siue in corpore siue  
extra corpus nescio deus scit: qm̄  
raptus est in paradysum. et audi  
uit archana uerba que nō licet ho  
mini loqui. Pro huiusmodi glori  
abor: pro me autē nichil gloriabor  
nisi in infirmitatib⁹ meis. Nam  
si uoluerō gloriari: non ero insipi  
ens. Veritatem em̄ dicam. Par  
co autē. ne quis me existimet su  
pra id qd̄ uidet in me: aut audit a  
liquid ex me. Et ne magnitudo re  
uelacionū extollat me: datus est  
michi stimulus carnis mee ange  
lus sathane q̄ me colaphis: Propt̄

qd̄ ter dominū rogauī ut discede /  
ret a me: et dixit michi. Sufficit t̄  
bi gracia mea. Nam uirtus in in  
firmitate pficitur. Libēter igitur  
gloriabor in infirmitatib⁹ meis ut  
inhabitet in me uirtus christi.

**Gradua.** Sciāt gentes qm̄ no  
men tibi deus tu solus altissimus  
super omnē terram. **v.** De⁹ me  
us pone illos ut rotā et sicut stipu  
lam ante faciem uenti. **Tractus**  
**O**mmouisti domine terrā ⁊ cō  
turbasti eam. **vs.** Sana contri  
ciones eius quia mota est. **v.** Ut  
fugiant a facie arcus ut liberētur  
electi tui.

**Secūdum Lucam. viij.**

**F**illo tempore. Cum turba  
plurima cōueniret et de ciui  
tatibus p̄peraret ad ihesum: dixit  
per similitudinē. Er̄it q̄ seminat  
seminare semē suum. Et dū semi  
nat aliud cecidit secus uia. et con  
culcatū est: et uolucres celi come  
derunt illud. Et aliud cecidit sup̄  
petrā: ⁊ natū aruit. quia nō habe  
bat humorē. Et aliud cecidit inter  
spinas: ⁊ simul exorte spine suffo  
cauerūt illud. Et aliud cecidit i ter  
ram bonā: et ortū fecit fructū cen  
tuplū. Hec dicens clamabat Qui  
habet aures audiendi audiat. In  
terrogabāt autē eū discipuli ei⁹:  
que esset hec parabola. Quibus  
ipse dixit. Uobis datum est nosse

mpsterium regni dei: ceteris autem in parabolis. ut videntes non videant. et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus via. hi sunt qui audiunt. deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint. cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt. et in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt. et a sollicitudinibus et diuitiis voluptatibus vite eutes suffocantur. et non referunt fructum. Quod autem in bona terra: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent. Et fructum afferunt in patientia.

**Offerto.** Perfice gressus meos in semitis tuis ut non moueantur vestigia mea inclina aurem tuam et exaudi verba mea misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine.

**Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dominum nostrum Iesum Christum. Co.** Introibo ad altare dei ad deum qui letificat inuentutem meam. **Completa**

**S**upplices te rogamus omnipotens deus: ut quos tuis reficis sa-

cramentis. tibi etiam placitis moribus dignater deservire credas Per dominum nostrum Iesum.

**Omnia in quinquagesima Introit.**

**E**sto michi in deum protectorem et in locum refugii ut saluum me facias quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu et propter nomen tuum dix michi eris et enutries me. **Ps.** In te domine speravi non confundar in iusticia tua libera me et eripe me.

**P**reces nostras **Collecta.** Quisum? domine clementer exaudi atque a peccatorum vinculis absolutos. ab omni nos aduersitate custodi. **Per. Ad Corinthios. pma. xiiij.**

**F**ratres. Si linguas hominum loquar et angelorum. charitatem autem non habeam. factus sum velut es sonans. aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam. et nouerim mysteria omnia. et omnem scientiam. et habuero omnem fidem: ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero. nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero. nichil michi prodest. Charitas patientes est. benigna est. Charitas non emulat. non agit perperam. non inflat. non est ambiciosa: non querit que sua sunt. Non irritat. non cogitat malum.



tesq; sanctificet. Per. **Co.**

**M**anducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus non sunt fraudati a desiderio suo. **Complenda**

**Q**uesumus omnipotens deus: ut qui celestia alimenta precepimus. per her contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

**Feria. liij. in capite ieiunij benedictio cinerum.** **A**d uictoriam nostrum in nomine domini Qui fecit celum et terram. **O**remus.

**O**mnipotens semper **Oratio.** terne deus: parce metuentibus propitiare supplicibus et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis. qui bene **B**enedicat et sancti **B**enedicet cineres istos: ut sint remedium salutare omnibus nomine sanctum tuum humiliter implorantibus. ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusantibus. atque ante conspectum diuine clemencie tue facinorosa sua deplorantibus. vel serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixaque flagitantibus et presta per inuocationem sanctissimi nominis tui: ut qui cum eos super se asperserit pro redemptione peccatorum suorum. et corporis sanitatem percipiant et anime tutelam. Per.

**D**eus qui humiliter **Oratio.** liacione flecteris et satisfactione placaris: aurem tue pietatis inclina precibus nostris. et capi

tibus seruorum tuorum horum cinerum asperzione attactis effunde propitiis gratiam tue benedictionis. ut eos et spiritu copunctionis repleas. et que iuste postulauerint efficaciter tribuas et concessa perpetua stabilitate manere intactos decernas. **P.**

**B**ene **B**enedic domine **Oratio.** quesumus? creaturam istam cineris quam fieri uoluisti. ut sit remedium animarum. que hanc ad humiliandum semetipsos super capita sua ponunt. concede ut sint nomine tuo dicati. et a molestia peccatorum liberati. Per dominum nostrum.

**Ad asperionem aque an.** **A**audi nos domine quam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. **v.** Saluum me fac deus quam intrauerunt aque usque ad animam meam.

**A**audi. **Collecta.**

**C**oncede nobis domine quam presidia milicie christiane sanctis inchoare ieiunij. ut contra spiritualis nequias pugnaturi. continencie salutaris muniamur auxilijs. **P.** christum. **Dando hoibus cineres dicat ad quemlibet.** **M**emento homo quia cinis es et in cinere reuerteris. **iii.** **I**mmutemur habitu in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum quoniam multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster.

**iii.** **I**uxta vestibulum et altare plorabit

rabunt sacerdotes et leuite ministri  
dñi et dicent. p̄ce dñe parce populo  
tuo et ne dissipēs ora clamaciū ad  
te domine. *Et in processione*

**Q**uēdem? in meli? qđ ignorāter  
peccauim? ne subito preoccupati  
die mortis q̄ramus spaciū penitē  
cie et inuenire nō possum? . Atten  
de dñe et miserere q̄ peccauim? ti  
bi. *v.* Peccauim? cū patrib? no  
stris iuste egim? iniquitatem fe  
cim? . Attēde. *Ad missam Intro.*

**M**isereris oim dñe et nichil  
odisti eorū q̄ fecisti dissimu  
lans pctā hoim p̄pter penitēciā et  
parcens illis quia tu es dñs deus  
noster. *Ps.* Miserere mei deus  
miserere mei qm̄ in te cōfidit aīa  
mea. *G*loria patri. Dñs vobis  
cum. *O*rem?. *E*lectam? genua

*Leuate. Dicitur p̄ totā. xl. feri.*  
*dieb? qm̄ de feria suat Collecta.*

**P**resta dñe fidelibus tuis: vt  
ieiunioꝝ venerāda solemp  
nia. et cōgrua pietate suscipiant.  
et secura deuocione p̄currāt. *P.*

**D**ecōt do *Icō iohel. p̄he. ij.*  
min? ds Cōuertimī ad me ī  
toto corde v̄ro. in ieiunio et fletu et  
planctu: et scindite corda v̄ra et nō  
vestimēta v̄ra. Et p̄uertimini ad  
dñm deū vestꝝ: q̄ benign? et mise  
ricors ē. paciēs et multum miseri  
cors et p̄stabilis sup malicia Quis  
scit si p̄uertat? et ignoscat de?. et re

linquat post se bñdictionē: Sacri  
ficiū et libamē dño deo nostro. Ca  
nite tuba ī spon: sanctificate ieiū  
niū. vocate cetū. cōgregate pplm  
sanctificate ecclesiā. coadunate se  
nes. cōgregate puulos et sugētes  
vbera. Egrediat̄ sp̄sus de cubili  
suo: et sponsa de thalamo suo. Inē  
vestibulū et altare plorabūt sacer  
dotes et leuite ministri dñi: et di  
cent. Parce dñe: parce p̄lo tuo: et  
ne des hereditatē tuam in obpro  
briū. vt dñent̄ eis naciones. Qua  
re dicūt in populis vbi ē de? eorū:  
zelatus est dñs terrā suam: et p̄p̄  
cit populo suo. Et r̄ndit dominus: et  
dixit populo suo. Ecce ego mittā  
vobis frumentū et vinū et oleum  
et replebimī in eis et nō dabo vos  
ultra obprobriū in gētibus. Dicit  
dñs ōps. *Grad.* Miserere mei  
deus miserere mei qm̄ in te confi  
dit aīa mea. *v.* Misit de celo et li  
berauit me dedit in obprobriū cō  
culcantes me. *Tractus.*

**D**ñe nō scdm̄ pctā n̄ra facias no  
bis neq; scdm̄ iniquitates n̄ras re  
tribuas nobis. *v.* Dñe ne memi  
neris iniquitatū n̄rāꝝ antiq̄rū ci  
to anticipēt nos misericordie tue  
q; paupes facti sum? nimis. *v.*  
*In genibus.* Adiuua nos de? sa  
lutaris n̄e et p̄p̄ glām nois tui do  
mine libera nos et p̄p̄icius esto pec  
catis n̄ris p̄pter nomen tuum.

**P**redictus tractus dicitur per totam quadragesimam tamen quartis et sextis feriis quoniam de feria tenetur. **S. matheii. vi.**

**N**olite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut pareant hominibus ieiunantes. **Amē dico vobis: quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas unge caput tuum. et faciem tuam lava: ne videaris hominibus ieiunans. sed patrituo quod est in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizzate autem vobis thesauros in celo: ubi neque erugo neque tinea demolitur. et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus? ibi est et cor tuum. **Off.** Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me domine clamaui ad te et sanasti me. **Secre.****

**F**ac nos quoniam domine hiis misericordibus offerendis conveniens aptari. quibus ipse eius venerabilis sacramenti celebramus exordium. **P.** **Prefacio.** Qui corporali ieiunio. **que dicitur feri. diebus usque ad dominicam paschi. quoniam de feri. fuerit. Co.** Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum suum in tempore suo. **Complenda.**

**P**recepta nobis domine prebeant sacramenta subsidium: ut et tibi grata

sint nostra ieiunia. et nobis proficiant ad medelam. **P. do. nrm ihm xp̄; fili. tuū. Orem? Inclinate capita v̄ra deo. Sic fiat per totam quadragesimam per ultimum complendum quoniam de feri. fuerit. Deum Inclinate se domine Super populum maiestati tue propiciat? intende: ut quod diuino munere sunt refecti. celestibus semper nutriantur auxilijs. **P.****

**Q**uoniam clamaui ad dominum exaudiuit vocem meam ab hijs qui appropinquant michi et humiliavit eos qui est ante secula et manet in eternum iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. **Ps.** Exaudi deus orationem meam et ne despereris deprecationem meam intende michi et exaudi me. **Coll.**

**D**eus qui culpa offenderis penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur auerte. **Per.**

**Lectio psalme prophete. xxxviii.**

**F**er diebus illis. Egrotavit ezechias usque ad mortem: et introiit ad eum ysaias filius amos propheta. et dixit ei. Hec dicit dominus. Disponde domui tue: quia morieris tu et non viues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dominum et dixit. Obsecro domine memento quoniam quod ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto. et quod bonum est in oculis tuis

feceri. Et fleuit ezechias fletu ma-  
gno. Factūq; est verbū domini ad  
ysaiam dicens Vade: et dic ezechie  
Hec dicit dñs deus dauid patris  
tui. Audiui oracionē tuā et vidi la-  
chrymas tuas. Ecce ego adijciam  
sup dies tuos q̄ndecim ānos: ⁊ de  
manu regis assyrioz eruā te. et ci-  
uitatem istā: et ptegam eā. Dicit  
dominus omnipotēs. *Grad.*

**L**acta cogitacū tuū in dño et ipse  
te enutriet. *vs.* Dñi clamare ad  
dñm exaudiuit vocē meā ab hīs  
qui appropiuant michi. *Euan-*  
*gelii.* Cum introisset ihesus.

*Et in dñica Adorate. q̄est. iij. p̄*  
*ep̄phanie ifra euā. rvi. Offer.*

**A**d te dñe leuaui animā meā de  
us meus in te confido nō erubel-  
tam neq; irrideāt me inimici mei  
etei vniversi qui te expectāt nō cō-  
fundentur. *Secreta.*

**S**acrificiis p̄ntibus dñe q̄ms in-  
tende placat. ut et deuocioni n̄re  
p̄ficiant et saluti. *Per. Cō.*

**A**ceptabis sacrificiū iusticie ob-  
laciones et holocausta sup altare  
tuū domine. *Complenda.*

**C**elestis doni benedictione p̄cep-  
ta. supplices te deus omnipotens  
deprecamur: ut hoc idem nobis ⁊ sa-  
cramenti causa sit et salutis. *Per*

**D**arce dñe p̄ce *Sup populū.*  
p̄plo tuo: ut dignis flagellacōnib;  
castigat; in tua miseracione respi-

ret. *Per. Feria sexta Introitus*

**A**udiuit dñs et misertus est  
michi dñs factus ē adiutor  
meus. *Ps.* Exaltabo te domine  
qm̄ suscepisti me nec delectasti ini-  
micos meos sup me. *Collecta.*

**E**nchoata ieiunia q̄ms domine  
benigno fauore prosequere. ut  
obseruāciam quā corpaliē exhibe-  
mus. mētib; etiā sinceris exerce-  
re valeam;. *Per dominū.*

*Et dicit Icō psalme p̄he. lviij.*

**D**ñs deus. Clama ne cesses.  
quasi tuba exalta vocē tuā: ⁊ anū-  
cia p̄plo meo scelera eoz et domus  
iacob pctā eoz. Ne etem de die in  
diē querunt ⁊ scire vias meas vo-  
lunt: q̄si gēs que iusticiā fecerit. et  
q̄ iudiciū dei sui nō dereliq̄rit. No-  
gant me iudicia iusticie: appropin-  
quare deo volūt Quare ieiunauī  
mus ⁊ nō asperisti. humiliāui m;  
aias n̄ras et nescisti: Ecce in die ie-  
iunij vestri inuenit; volūtas v̄ra:  
et oēs debitores v̄ros repetitis Ec-  
ce ad lites ⁊ ad p̄tēciones ieiunat;  
et p̄cutitis pugno ip̄ie. Nolite ie-  
iunare sicut vsq; ad hāc diē: ut au-  
diat in excello clamor vester. Nun-  
quid tale ē ieiuniū qd̄ elegi. p̄ die;  
affligere hoīem aiā suā: Nun-  
quid cōtorq̄re quasi circulū caput  
suū. et sacco et cinerem sternere?  
Nunquid istud vocaui ieiuniū. et  
diem acceptabilē domio? Nonne

hoc est magis ieiunium quod elegi:  
 Dissolue colligationes impietatis  
 solue fasciculos deprimentes. Di-  
 mitte eos qui contracti sunt liberos:  
 et omne onus diruere. Frange esuri-  
 enti panem tuum: et egenos vagosque  
 induc in domum tuam. Cum videris  
 nudum operi eum: et carnem tuam ne des-  
 pereris. Tunc erumpet quasi mane  
 lumen tuum: et sanitas tua citius orie-  
 tur. Et anteibit faciem tuam iusti-  
 cia tua: et gloria domini colliget te. Tunc  
 inuocabis et dominus exaudiet: clama-  
 bis. et dicet ecce assum. Quia mi-  
 sericors sum: Dominus deus tuus? **Gra.**  
**Q**uam precor a domino hanc requiram: ut  
 inhabitem in domo domini. **v.** Ut vi-  
 deam voluntatem domini et protegar a  
 templo sancto eius. **Smatheu. v.**  
**F**ilii. Di. i. dis. l. Audistis quod  
 dictum est antiquis: diliges pri-  
 mum tuum. et odio habebis inimicum  
 tuum. Ego autem dico vobis. Diligi-  
 te inimicos vestros: benefacite hijs  
 qui vos oderunt. Et orate pro perse-  
 cutoribus et calumpniatoribus vos. ut sitis  
 filij patris vestri qui in celis est: qui solem  
 suum oriri facit super bonos et malos  
 et pluit super iustos et iniustos. Si  
 enim diligitis eos qui vos diligunt:  
 quam mercedem habebitis? Nonne et  
 publicani hoc faciunt? Et si saluta-  
 veritis fratres vestros tantum. quod ampli-  
 us facitis. Nonne et ethnici hoc faci-  
 unt? Estote ergo et vos perfecti: sic

et pater vester celestis perfectus est  
 Attendite ne iusticiam vestram facia-  
 tis coram hominibus: ut videamini ab  
 eis. Alioquin mercedem non habebitis  
 apud patrem vestrum: qui in celis est. Cum  
 ergo facis elemosinam: noli tuba-  
 canere ante te. sicut hypocrite fa-  
 ciunt in synagogis et in vicis. ut  
 honorificentur ab hominibus. Minus di-  
 co vobis: receperunt mercedem suam.  
 Te autem faciente elemosinam. nesci-  
 at sinistra tua quid faciat dextera  
 tua: ut sit elemosina tua in abscon-  
 so. Et pater tuus qui videt in abscon-  
 so: reddet tibi. **Offer.** Domine vivifi-  
 ca me secundum eloquium tuum ut sciam  
 testimonia tua. **Secreta.**  
**S**acrificium domine obseruacione quadra-  
 gesimalis offerimus. presta quod: ut ti-  
 bi et mentes nostras reddat acceptas  
 et continentie promptioris nobis tribu-  
 at facultatem. Per dominum. **Co.**  
**S**eruite domino in timore et exulta-  
 te ei cum tremore apprehendite disci-  
 plinam ne pereatis de via iusta.  
**S**piritus nobis domine **Complenda.**  
 tue charitatis infunde: ut quod uno ce-  
 lesti pane faciasti. tua facias pie-  
 tate recordes. Per dominum. **Sup. psalm.**  
**Q**uere domine populum tuum. et ab om-  
 nibus peccatis clementer emunda: quia  
 nulla ei nocebit aduersitas si nulla  
 domietur iniquitas. Per dominum.  
**A**udiuit dominus. cum **Sabbato.**  
 ce. ratu. vrs. i. precedenti missa.

LXX

**O**bservacionis **Collecta.**  
huius annua celebritate letā  
tes quesum? dñe: ut paschalibus  
actionib? inherētes . pleni? eius  
affectib? gaudeam?. Per dñm.

**Lectio psalē prophete. lviij.**

**D**icit dñs deus. Si abstu  
leris de medio tui cathenā .  
et desleris digitū tuū extendere .  
et loqui qđ non prodest: cū effuderis  
esurienti aiām tuam . et aiām af  
flictam repleueris : oriet in tene  
bris lux tua . et tenebre tue erūt si  
cut meridies . Et requiē tibi dabit  
domin? deus tuus semp: et imple  
bit splēdorib? animā tuam ⁊ ossa  
tua liberabit . Et eris quasi hort?  
irriguus: ⁊ sicut fons aquarū cui?  
non deficient aque . Et edificabū  
tur in te deserta seculorū : funda  
menta generationis et generacō  
nis suscitabis . Et vocaberis edifi  
cator: sepīū: auertens semitas ini  
quitatū . Si auerteris a sabbato  
pedem tuū facere volūtatē tuā  
in die sancto meo . et vocaberis sab  
batum delicatū et sanctum domi  
ni gloriosum . et glorificaueris eū  
dum nō facis vias tuas : et nō in  
uenitur voluntas tua ut loquar  
sermonē : tūc delectaberis super  
domio . ⁊ sustollam te sup altitudi  
nem terre et cibabo te hereditate  
iacob patris tui . Os em̄ dñi locu  
tum est hec .

**Secūdum marcum. vi.**

**F**rat illo tpe. Cū sero eēt factū :  
erat nauis in medio mari et  
ih̄s solus in terra . Et vidēs eos la  
borātes in remigādo: erat ei ven  
tus p̄trarius eis . Et circa quartā  
vigiliā noctis venit ad eos ambu  
lans sup mare: ⁊ volebat p̄terire  
eos . At illi ut viderūt eū ambulā  
tem sup mare: putauerūt phātal  
ma esse . ⁊ exclamauerūt . Qēs em̄  
eū viderūt: ⁊ p̄turbati sunt Et sta  
tīm ih̄esus locut? est cū eis : ⁊ dixit  
illis Cōfidite ego sum: nolite time  
re . Et ascēdit ad illos in nauim: et  
cessauit vētus: ⁊ pl? magis intra  
se stupebāt . Nō eī intellexerāt de  
panib?: erat em̄ cor eorū obcecātū .  
Et cū transfretassent: puenerunt  
in terrā genazareth: ⁊ applicuerūt  
Cūq; egressi eēnt de nauī: p̄tinuo  
cognouerūt eū . Et p̄currētes vni  
uersam regionē illā ceperūt i gra  
batis eos q; se male habebāt circū  
ferre p̄bi audiebāt eū eē Et q; cūq;  
introibat in vicos vel i villas aut  
in ciuitates: in plateis ponebant  
infirmos . ⁊ deprecabāt eū ut v̄l fim  
brīā vestimēti ei? tāgerent . Et q; t  
quot tāgebāt eū: salui fiebant .

**S**uscipe dñe sacrificiū **Secre.**  
cui? te voluisti dignāc̄ imolacōne  
placari: p̄rā q; . ut hui? opacōe mū  
dati . bñplacitū tibi nostre mētis  
offeramus affectum . Per dñm .

**Q**uelestis vite mune. **Cōplenda.**  
re vegetati. q̄ms dñe: ut qđ est no/  
bis in presenti vita mysteriū. fiat  
eternitatis auxiliū. Per dñm.

**F**ideles tui de? **Suy populū**  
per tua dona firmetur: ut eadē et  
p̄cipiendo requirāt. ⁊ q̄rendo sine  
sine p̄cipiant. Per dominū.

**Dñica prima in quadragesima.**

**I**nuocauit me et ego exaudi  
am eū eripiā eū et glorifica/  
bo eū longitudine dierū adiplebo  
eum. **Ps.** Qui habitat in adiuto  
rio altissimi in p̄tēctōne dei celi cō  
morabitur. **Collecta.**

**D**eus qui ecclesiā tuam ānuā  
q̄dragesimali obseruacione  
purificas: p̄sta familie tue. ut qđ  
a te obtinere abstīnēdo nititur. h̄  
bonis opibus exequatur. Per.

**H**erēs. **Ad Corinthios sc̄da. vi.**  
hortamur vos ne inuacuū  
graciā dei recipiatis. Nit em̄. Tpe  
accepto exaudiui te: ⁊ in die salut̄  
adiuuī te. Ecce nūc tempus accep  
tabile: ecce nūc dies salutis. Remi  
ni dantes vllam offensionē: ut nō  
v̄tupereſ ministeriū nost̄. Sed  
in om̄ibus exhibeam? nosmetip/  
sos sicut dei ministros: ī multa pa  
ciencia. in tribulacionib?. in neces  
sitatibus. in angustijs. in plagis.  
in carceribus. in sedicionib?. in la  
boribus. in vigilijs. in ieiunijs. in  
castitate. in scientia. in lōganim̄

tate. in suauitate. in spiritus sanc/  
to. in d̄haritate non ficta. in verbo  
veritatis. in virtute dei. Per ar/  
ma iusticie: a dextris et a sinistris  
Per gloriā et ignoſilitatē: per  
infamiā. et bonā famiā. ut sedu  
ctores: et veraces. Sicut qui igno  
ti et cogniti. Quasi morientes: et  
ecce viuimus. Ut castigati et non  
mortificati Quasi tristes. semper  
autem gaudentes. Sicut egētes:  
multos autem locupletātes. Tā  
q̄ nichil habentes: ⁊ omnia possi  
dentes. **Stadua.** Angelis sui  
s mandauit de te ut custodiāt te  
in omnib? v̄ijs tuis. **v.** In ma  
nibus portabūt te: ne vnquā of  
fendas ad lapidem pedē tuum.

**Q**ui habitat in adiu **Tractus**  
torio altissimi: in protectione dei  
celi cōmorabitur. **v.** Dicet domi  
no susceptor meus es. et refugiū  
meū deus me? sperabo in eū. **v.**  
Q̄m ipse liberauit me de laq̄o ve  
nātiū. et a v̄bo aspero. **v.** Sca  
pulis suis obūbrabit tibi: et s̄ pē  
nis ei? sperabis. **v.** Scuto circū  
dabit te veritas eius: nō timebis  
a timore nocturno. **v.** A sagitta  
volāte p̄ diē a negotio p̄abulante  
in tenebris. a ruina ⁊ demoio me  
ridiano. **v.** Cadent a latere tuo  
mille et decem milia a dextris tu  
is tibi autē non appropinquabit.  
**v.** Q̄m angelis suis mādauit de

te ut custodiāt te i omib? vhs tuis.  
**vf.** In manibus portabūt te ne  
viquā offendas ad lapides pedē  
tuū. **v.** Sup aspidem et basilis/  
cum ambulabis et cōculcabis leo  
nem et draconē. **vf.** Quā in me  
sperauit liberabo eū protegā eū  
qm̄ cognouit nomē meū. **v.** In  
uocauit me ⁊ ego exaudia eū cum  
ipso sum in tribulacione. **v.** Cri  
piam eū et glorificabo eū. **v.** Lon  
gitudine diez adimplebo eum et  
ostendam illi salutare meū.

**F** Illo tpe. **S mathē. iij.**  
Ductus est ihesus in deser/  
tum a spiritu: ut temptaret a dia  
bolo. Et cū ieiunasset quadragin/  
ta diebus ⁊ quadragita noctibus  
postea esuriit. Et accedens temp/  
tator: dixit ei. Si filius dei es: dic  
ut lapides isti panes fiāt. Qui res  
pondens dixit. Scriptū est. Non  
in solo pane uiuit homo: sed i om  
ni verbo qd̄ p̄cedit de ore dei. Tūc  
assumpsit eū diabolus in sanctaꝝ  
ciuitatem: et statuit eū supra pin/  
naculum tēpli: et dixit ei. Si fili/  
us dei es: mitte te deorsum. Scriptū  
est em̄ quia angelis suis manda/  
uit de te. ⁊ in manib? tollent te. ne  
forte offendas ad lapidem pedem  
tuū. Mit illi ihesus rursus. Scrip  
tum est. Non temptabis dominū  
deum tuū. Iterū assumpsit eum  
diabolus in mōtem excelsum val

de: ⁊ ostendit ei omnia regna mū  
di et gloriā eoz. ⁊ dixit illi. Hec om  
nia tibi dabo: si p̄cidens adoraue  
ris me. Tunc dicit ei iesus. Vade  
sathanas. Scriptum ē em̄. Domi  
nū deum tuū adorabis: et illi soli  
seruies. Tunc reliquit eū diabol?  
et ecce angeli accesserunt: et mini  
strabant ei. **Offer.** Scapulis  
suis obumbrabit tibi dominus et  
sub pēnis eius sperabis scuto cir  
cūdabit te veritas eius. **Secreta**  
**S**acrificium quadragesimalis  
inich? solempniter imolam? te do  
mine deprecantes: ut cū epularū  
restriccionē carnaliū. a noxīs hqꝝ  
voluptatibus tēperemur. **Per.**

**Hic dicitur prefatio cotidiana.**

**Similiter in alijs dñcis. Cō.**

**S**capulis suis obūbrabit tibi et  
sub pennis ei? sperabis scuto cir  
cūdabit te veritas ei?. **Cōplenda.**  
**Q**ui nos domine sacramētī liba/  
cio sancta restauret: et a vetusta/  
te purgatos. in mystērī salutar?  
faciat transire cōsortium. **Per.**

**Sicut oculi seruoꝝ FERIA. ij.**

**S**icut oculi seruoꝝ suoz ita o/  
culi nostri ad dominū deū nostrū  
donec misereatur nostri misere/  
re nobis domine miserere nobis  
**Ps.** Ad te leuaui oculos meos q̄  
habitas in celis. **Collecta.**

**Q**onuerte nos deus salutar?  
noster: et ut nobis ieiuniū

quadragésimale proficiat: mētes nostras celestib⁹ instrue discipli- nis. Per dominū nostrū.

**Tertio Ezechielis prophete. xliij.**

**H**ec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requirā oues meas: et visitabo illas. Sicut pastor visitat gregem suū in die qñ fuerit in medio ouiu suarū dissipatarū: sic visitabo oues meas. et liberabo eas de oibus locis in quib⁹ disperse fuerant in die nubis ⁊ caliginis. Et educā eas de populis. ⁊ congregabo eas de terris. Et inducā eas in terrā suā. ⁊ pascā eas in mōtib⁹ israhel: in riuis et in cūctis sedib⁹ terre. In pascuis uberrimis pascam eas: ⁊ in mōtib⁹ excellis israhel erūt pascue earū. Ibi requiescent in herbis virentib⁹: et in pascuis pinguib⁹ pascentur super montes israhel. Ego pascam oues meas: ⁊ eas accubare faciam dicit dominus deus. Qd̄ perierat requirā. et qd̄ abiectū fuerat reducā: et qd̄ contractū fuerat alligabo. Et qd̄ infirmū fuerat solidabo: ⁊ qd̄ pinguē ⁊ forte custodiā. Et pascam illas in iudicio ⁊ iusticia. Dicit dñs oꝑs. **Etia.** Protector nē aspice deus et respice super seruos tuos **v.** Dñe deus virtutū exaudi preces seruoꝝ tuoꝝ. **Smath. xxv.**

**I**n illo tpe. Di. te. dil. l. Cū uenerit filius homis in maie-

state sua. ⁊ oēs āgeli eius cum eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et cōgregabūtur ante eū oēs gētes: ⁊ sepabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidē a dextris suis: hedos autē a sinistris. Tunc dicet rex hīs q̄ a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei: posside te paratū vobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui eim: ⁊ dedistis michi manducare. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes eram. ⁊ collegistis me. Nudus: ⁊ cooperuistis me. Infirmus: ⁊ visitastis me. In carcere erā: et venistis ad me. Tunc respōdebunt ei iusti dicētes Domine: qñ te vidim⁹ esuriētem ⁊ pauim⁹. sitiētem ⁊ dedim⁹ tibi potum: Qñ autē te vidim⁹ hospitem et collegimus te. aut nudū et cooperuim⁹ te. Aut qñ te vidimus infirmū aut in carcere. ⁊ venim⁹ ad te. Et respōdēs rex dicet illis Amē dico vob: q̄diu fecistis vni de hīs fratrib⁹ meis minimis. michi fecistis. Tunc dicet et hīs qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui ei. ⁊ nō dedistis michi māducare. Sitiui: ⁊ nō dedistis michi potū. Hospes eram: ⁊ non collegistis me. Nudus: ⁊ non cooperuistis me. Infirmus et in carcere: et nō

uistastis me. Tunc respōdebunt  
ei et ipsi dicētes. Domine: qm̄ te vi  
dim? esuriētem aut sitiētem. aut  
hospitem. aut nudū. aut infirmū  
vel in carcere. ⁊ nō ministravi  
tibi? Tunc respōdebit illis dicens.  
Amē dico vobis: q̄d iū nō fecistis  
vni de minoribus hīs: nec michi  
fecistis. Et ibūt hī i suppliciu efnū:  
iusti autē: in vitā eternā. **Offer.**

**L**euabo oculos meos et cōside  
rabo mirabilia tua domine ut do  
ceas me iusticiā tuam da michi in  
tellectū ut discam mandata tua.

**M**unera dñe oblata **Secreta.**  
sanctifica: nosq; a peccatorū nrorū  
maculis emūda. **Per. Co.**

**V**oce mea ad dominū clamauit  
exaudiuit me de mōte sancto suo  
non timebo milia populi circūdā  
tis me. **Complenda.**

**S**alutaris tui domine munere  
saciati. supplices exoram? . ut cui?  
letamur gustu. renouemur effec  
tu. **Per. Super populū.**

**A**bsolue qm̄s dñe nostrorū vicu  
la peccatorū: et quicqd̄ pro eis me  
remur ꝑiciatus exclude. **Per.**

**D**omine refugiu **Feria. iij.**  
fact? es nobis a generaciōe  
et progenie a seculo ⁊ in seculū tu  
es. **Ps.** Priusquā mōtes fierēt  
aut formaretur terra et orbis.

**R**espice dñe familiā **Collec.**  
tuam: et presta. ut apud te

mens nostra tuo desiderio fulge  
at. que se carnis maceratiōe casti  
gat. **Per. Ico psalme prophete. lv.**

**F** diebus illis. **Tocut? ē psal**  
as ꝑpheta dicēs. Querite do  
minū dū inueniri ꝑt: inuocate eū  
dum ꝑpe ē. Derelinquat impius  
viā suā. ⁊ vir iniquus cogitaciōes  
suas: ⁊ reuertat ad dñm ⁊ misere  
bitur eius. ⁊ ad deū nr̄m. qm̄ mul  
tus ē ad ignoscēdū. Nō ei cogitaci  
ones mee cogitaciones vestre: ne  
q; vie mee vie vr̄e dñs. Quia si  
cut exaltatur celi a t̄ra. sic exalta  
te sunt vie mee a v̄is vr̄is: ⁊ cogi  
taciones mee a cogitacionib? ve  
stris. Et quō dñidit imber ⁊ nix de  
celo. ⁊ illuc ultra nō reuertit. s; in  
ebriat terrā ⁊ infundit eam. ⁊ ger  
minare eā facit. ⁊ dat semē serēti.  
et panē comedenti: sic erit verbū  
meū qd̄ egrediet de ore meo. Non  
revertet ad me vacuū: sed faciet q̄  
cūq; volui. ⁊ ꝑsperabit in hīs ad  
mur exterius. Per dominū. **Co.**

**O**portet te fili gaudere quia fra  
ter tuus mortuus fuerat et reuixit  
perierat et inuētus est.

**S**accramēti tui domi **Cōplēda**  
ne diuina libatio penetrālia no/  
stri cordis infundat: et sui partici  
pes potēter efficiat. **P.** **Sup p̄h**  
**F**amiliā tuā q̄s dñe cōtinua pie  
tate custodi: ut q̄ in sola spe grē ce  
lestis innitit. celesti etiā p̄tectione  
muniat. **P.** **Dñca. iij. Introit⁹.**

**O**culi mei semp ad dñm quia  
ipse euellet de laqueo pedes  
meos respice i me ⁊ miserere mei  
qm̄ vnicus et paup sum ego. **P̄**  
Ad te dñe leuaui animā meā de  
meus in te cōfido nō erubescam

**Q**uesum⁹ ops de? **Collecta**  
vota humiliū respice: atq;  
ad defensionē nr̄am dexteraz tue  
maiestatis extēde. **P.** **Ad Eph. v.**

**F**ratres. Estote imitatores dī  
sicut filij charissimī. ⁊ ambu  
late in dilectōe. sic ⁊ christ⁹ dilexit  
nos. ⁊ tradidit semetipm̄ p̄ nobis  
oblacionē et hostiā deo in odorem  
suauitatis. Fornicatio at et om̄is  
imūdicia aut auaricia nec noiet i  
vobis. sic decet scōs: aut turpitu  
do. aut stultiloqū aut scurrilitas q̄  
ad rē nō ptinet. s; magis grāyat/  
tio hoc at scitote itelligētes: q; ois  
fornicator. aut imūd⁹. aut auar⁹

quod est idolorum seruitus. non habet hereditatem in regno christi. et dei. Nemo vos seducat in inanibus verbis. Propter hec enim: venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre. nunc autem lux in domino ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est: in omni bonitate et iusticia et veritate. **Grad.**

**A** surge domine non preualeat homo iudicetur gentes in conspectu tuo. **v.** In conuertendo inimicum meum retrosum infirmabuntur et periet a facie tua. **Tract.**

**A**d te leuaui oculos meos quia habitas in celis. **v.** Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. **v.** Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. **v.** Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec miseretur nostri. **v.** Miserere nobis domine miserere nobis.

**Secundum Lucam. xi.**

**I**n illo tempore. Erat ihesus eiciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Et alij temptates signum de celo querebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra do-

mus cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius. quia dicitis in beelzebub eicere me demonia? Si autem ego in beelzebub eicio demonia: filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro. si in digito dei eicio demonia: profecto puenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum uniuersa arma eius aufert in quibus confidebat et spolia eius distribuet. Qui non est mecum: aduersum me est. Et qui non colligit mecum: dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa. que reus requirit: et non inueniens. dicit. Reuertar in domum meam: unde exiui. Et cum venerit: inuenit scopis mundatam et ornata. Et tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius: peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus veter qui te portauit: et vbera que suscipisti. Et ille dixit. Quomodo. Beati qui audiunt uerbum dei: et custodiunt illud. **Offert.**

**I**usticie domini recte letificantes corda et dulciora super mel et fauorem nati et seruus tuus custodiet ea. **Secre.**

**N**ec hostia domine que mundet nostra de-

lecta. et ad sacrificium celebrandum  
subditorum tibi corpora mentesque san-  
ctificet. **Per. Co. Passer inue-**  
nit sibi domum et turtur nidum ubi re-  
ponat pullos suos altaria tua do-  
mine virtutum rex meus et deus meus  
beati qui habitant in domo tua in  
seculum seculi laudabunt te.

**A** cunctis nos domine **Cōplenda.**  
reatibus et periculis propiciatus ab-  
solue: quos tanti mysterii tribuisti  
esse participes. **Per. Feria. ii. Introit.**

**I**n deo laudabo verbum in do-  
mino laudabo firmamentum in do-  
mino non timebo quod faciat michi  
homo. **Ps. Misere mei deus quoniam con-**  
culcavit me homo tota die impugnas  
tribulavit me. **Collecta.**

**Q**uod in nobis quod domine gratiam sancti  
spiritus benignus infunde: ut  
sicut ab escis corporalibus abstinemus  
ita sensus quoque nostros a nocentibus retra-  
hamus excessibus. **Per dominum eiusdem.**

**Lectio libri Regum quarto. v.**

**I**n diebus illis. Naama princeps  
militie regis syrie: erat vir  
magnus apud dominum suum et honoratus.  
Per illum enim dedit dominus salutem syrie.  
Erat autem vir fortis et dives: sed lepro-  
sus. Porro de syria egressi fuerant  
laccurculi: et captivam duxerant de ter-  
ra israel puellam puellam que erat in obse-  
quio uxoris naaman. Que ait ad  
dominam suam. Utinam fuisset dominus meus  
ad prophetam que est in samaria: profecto

curasset eum a lepra quam habet. Ingres-  
sus est itaque naama ad dominum suum. et  
nuntiavit ei dicens Sic et sic locuta est  
puella de terra israel. Dixitque ei rex sy-  
rie. Vade. et mitte litteras ad regem  
israel. Et cum profectus esset. et tulisset secum  
decem talenta argenti et sex milia aure-  
os. et decem mutatoria vestimentorum:  
detulit litteras ad regem israel in his verbis.  
Cum acceperis epistolam hanc: scito quod  
miseri ad te naama servum meum: ut  
cures eum a lepra sua. Cumque legisset  
rex israel litteras: scidit vestimenta sua et  
ait. Numquid ego deus sum ut occidere pos-  
sim et vivificare. quod iste misit ad me  
ut cures hominem a lepra sua? Num ad-  
vertite et videte: quod occasiones que  
adversum me. Et cum audisset helise-  
us vir dei scidisse videlicet regem israel  
vestimenta sua: misit ad eum dicens.  
Cur scidisti vestimenta tua? Veniat  
ad me et sciat prophetam esse in israel. Ve-  
nit ergo naama cum equis et curri-  
bus: et stetit ad ostium domus helisei.  
Misitque ad eum heliseus nuntium di-  
cens. Vade et lauare septicies in ior-  
dane: et recipiet sanitatem caro tua  
atque mundaberis. Iratusque naama  
recedebat dicens. Putabam quod egre-  
deretur ad me: et stans invocaret no-  
men domini dei sui: et tangeret manu  
sua locum lepre. et curaret me. Num-  
quid non meliores sunt abana. et sar-  
phar fluvii damasci omnibus aquis  
israhel. ut lauet in eis et mudet?

Cū ergo vertisset se et abiret indignans: accesserūt ad eū serui sui. et locuti sunt ei Pater & si rē grandem dixisti tibi propheta: certe facere debueras. Quātomagis quā nunc dixit tibi lauare & mundaberis? Descendit ergo & lauit in iordane septicies. iuxta sermonē viri dei: et restituta ē caro eius sic: caro pueri paruuli. et mūdatus ē a lepra & uersusq; ad virū dei cum uniuerso comitatu suo: uenit et stetit coram eo & ait. Vere scio quod nō sit alius deus in uniuersa terra: nisi tantū dominus deus israhel.

**Grad.** Deus uitā meā nūciaui tibi posui lachrymas meas in cōspectu tuo. **v.** Miserebere michi domine quā cōculcauit me homo tota die bellans tribulauit me.

**R. l. t.** Dixerūt **S. Lucā. iij.** Pharisei ad ihesum. Quāta audiuim? facta ī capharnaū: fac et hic in patria tua. Nōt at ihesus. Nō dico uobis. q; nemo ppha acceper? ē in patria sua. In ueritate dico uob: multe uidue erāt ī dieb? helpe in isrl: quā clausum ē celū annis trib? & mēlibus sex. cū scā esset fames magna in oī ēra: & ad nullā illarū missus ē helpas nisi in saeptā sydonie ad mulierē uidiuā. Et multi leprosi erāt in isrl sub helpeo ppheta: & nemo eorū mūdatus est nisi naaman syrus. Et repleti

sunt oēs in synagoga ira: hec audiētes. Et surrexerūt & eiecerūt illum extra ciuitatē: & dixerūt illū usq; ad supciliū mōtis: sup quē ciuitas illoz erat edificata. ut precipitarēt eū. Ipse at trāsiens: p mediuū illoz ibat. **Offer.** Exaudi deus orōem meā & ne despereris de p̄cacionē meā intende in me et exaudi me. **Secreta.**

**M**unus quod tibi dñe nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramētum. **Per. Cō.**

**Q**uis dabit ex spon salutare israhel cum auerterit dñs captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israhel. **Complenda.**

**R**esta quō op̄s et misericors de? ut que ore cōtingim? . pura mēte capiamus. **Per. Supplm.**

**S**ubueniat nobis dñe misericordia tua: ut ab iminētib? peccatoz nostrorū piculis. te mereamur p̄tegete saluari. **P. Feria. iij. In.**

**E**go clamaui quā exaudisti me deus inclina aurē tuā & exaudi uerba mea custodi me dñe ut pupillā oculi sub umbra alarū tuarū p̄tege me. **Ps.** Exaudi dñe iusticiā meā itēde de p̄catorū meā.

**E**xaudi nos op̄s & **Collecta.** misericors de? . & p̄tinēcie salutaris p̄pici? nobis dona p̄cede. **P.**

**R. die. Ico li. Ae. quarto. iij.** **E**bus illis. **M**ulier quāda clama

uit ad helizeū pphetā dicens. Seruus tuus vir meus mortuus ē: et tu nosti quod seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: ut tollat duos filios meos: ad seruiēdū sibi. Cui dixit helizeus. Quid vis ut faciā tibi? Da michi quod habes in domo tua. At illa respōdit. Nō habeo acilla tua quicquid in domo mea: nisi parū olei quo ungar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab oībus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: et ingredere et claude ostiū cū intrinsecus fueris tu et filij tui. et mitte inde in oīa vasa hec: et cū plena fuerint tolles. Fuit itaque mulier: et clausit ostiū sup se: et sup filios suos illi offerebāt vasa: et illa infundebat. Cūque plena fuissent vasa: dixit ad filiū suum. Affer michi adhuc vas. At ille respōdit. Nō habeo. Stetitque oleū. Venit autē illa: et indicauit hoī dei. Et ille. Vade inquit et vēde oleū. et redde creditori tuo. Tu autē et filij tui: viuīte de reliquo. **Gradu.** Ab occultis meis mūda me dñe et ab alienis pce seruo tuo. **v.** Si mei nō fuerit dñati tūc imaculat? ero et emūdabor a delicto maris. **S. math. xviij.**  
**F**il. t. respiciēs ih̄s in discipulos suos dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tu? vade et corripe eū inter te et ipm solū. Si te audierit: lucratur? eris fr̄m tuū.

Si autē te nō audierit: adhibe tecū adhuc unū vel duos. ut in ore duorum vel trium testium stet oē v̄bū. Sed si nō audierit eos: dic ecclesie. Si autē ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amē dico vobis: quęcūque alligaueritis sup terrā. erūt ligata et in celo. Et quęcūque solueritis sup terrā: erūt soluta et in celo. Item dico vob: quāsi duo ex vobis consenserint sup terram. de oī re quācūque peccerint fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi em̄ sunt duo vel tres congregati in nomie meo: ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs petrus? ad eū dixit. Dñe: quociēs peccabit in me frater meus et dimittā ei? Vsq; septies? Dicit illi ih̄sus. Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. **Offer.** Dexterā dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuā et narrabo opera domini. **Secreta.**  
**P**er hec veniat quāsi dñe sacra mēta nostre redēptionis effectus qui nos et ab humanis retrahat semp excessib? et ad salutaria cūcta pducat. **P. Cō.** Dñe quęs habitabit in tabernaculo tuo aut quęs requiescet in mōte sancto tuo qui ingreditur sine macula et operat iusticiam. **Complenda.**  
**S**acris quāsi dñe mysterijs expiati. et veniā consequamur et graci/

am. Per dñm. *Sup populum*

**Q**ua nos dñe ptectione defende  
et ab omni semp iniquitate custodi.

Per. *Feria quarta Introitus.*

**E**go at in dño speravi exulta  
bo et letabor in tua misericor  
dia quia respexisti humilitatē me  
am. *Ps.* In te dñe speravi nō cō  
fundar in eternū in iusticia tua li  
bera me. *Collecta.*

**P**resta nobis qñs dñe: ut sa  
lutarib? ieiunijs eruditi. a  
noxijs quoq? vicijs abstinētes. p  
piciacionē tuā facilius ipetrem?.

Per. *Lectio libri Exodi. xx.*

**H**ec dicit dñs deus. Honora pa  
trē tuū et matrē tuā: ut sis  
longeuus sup terrā quā dñs de  
tuus dabit tibi. Non occides. non  
mehaberis. nō furtū facies. non  
loqueris cōtra primū tuū falsum  
testionium. Nō cōcupisces domū  
primi tui: nec desiderabis vxorē  
eius. nō seruū. non ancillā. nō bo  
uem. non asinū. nec omnia que illi  
us sunt. Cunct? autē popul? vide  
bat voces et lapades. et sonitū buc  
cine. mōtemq? fumantē. Et pter  
riti ac pauore percussi. steterūt pcul  
dicētes moyse. Loquere tu nobis:  
et audiem?. Nō loq̄tur nobis dñs  
ne forte moriamur. Et ait moyses  
ad populū. Nolite timere. Ut ei p  
baret vos venit de?: et ut terror il  
lius eēt in vobis. et nō peccaretis.

Stetitq? ppls de lōge: moyses aut  
accessit ad caliginē in q̄ erat deus.  
Dixitq? preterea dñs ad moysen.  
Hec dices filijs isrl. Vos vidistis:  
qd de celo locut? sim vob?. Nō facie  
tis deos argēteos: nec deos aure  
os facietis vob? Altare de tra facie  
tis michi: et offeretis sup eo holo  
causta. et pacifica v̄ra. oues v̄ras:  
boues in oī loco in quo memoria  
fuerit nois mei. *Grad.* Misere  
re michi dñe qm̄ infirmus sum sa  
na me dñe. *v.* Cōturbata sūt oia  
ossa mea et aia mea turbata ē val  
de. *Secūdum Matheū. xv.*

**I**n illo tpe. Accesserūt ad ihe  
sum ab iherosolymis scribe  
et pharisei dicētes. Quare discipu  
li tui trāsgrediūtur tradicōes seni  
or? Nō ei lauāt man? suas: cū pa  
nē māducāt. Ipse at respondens:  
ait illis. Quare et vos trāsgredi  
mini mādatū dei p̄p̄ tradicionem  
v̄rām. Nā de? dixit. Honora p̄m  
et matrē. Et q̄ maledixerit p̄ri vel  
matri: morte moriat. Vos at dicit  
tis. Quicūq? dixerit patri vel ma  
tri munus. quodcūq? est ex me ti  
bi p̄derit et non honorificauit pa  
trem suū et matrē suā: et irritū fe  
cistis mandatum dei p̄p̄ tradi  
cionem vestram. Hypocrite: be  
ne prophetauit de vobis ysaias  
dicens. Populus hic labijs me  
honorat: cor autem eorum lon  
gum est a dño.

ge est a me. Sine causa aut colunt me: docetes doctrinas et mandata hoim. Et convocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hoim sed quod procedit de ore hoc coinquinat hoim. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait. Ois plantatio quam non plantavit pater meus celestis: eradicabit. Sinite illos: ceci sunt. duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestat: ambo in foveam cadunt. Respondens autem petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis: non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit. et in secessum emittit. Que autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis aut manibus manducare non coinquinat hoim. **Oratio.**  
**D**ne fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum quia suavis est misericordia tua. **Secreta.**  
**S**uscipe quoniam domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum. et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per.

**N**otas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. **Complenda.**  
**S**anctificet nos quoniam domine qua partem sumus? mensa celestis: et a cunctis erroribus expiatus: supernis promissionibus reddat acceptos. Per.  
**C**oncede quoniam opus deus? **Supplicium.**  
 ut qui protectionis tue gratiam habemus? liberati a malis omnibus securi tibi me serviamus? P. **Fe. v. Intro.**  
**M**ulus populi ego sum ut dominum? de quocumque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum. **Ps.** Attendite popule meus? legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. **Collecta.**  
**D**ea quoniam domine rex eterne cunctorum. ut sacro nos purificatione ieiunio sinceris quoque mentibus ad sancta ventura facias pervenire Per. **Lectio iheremie prophete. viij.**  
**F**ratres diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens. Sta in porta domus domini: et predica ibi verbum istud et dic. Audite verbum domini omnes iuda: qui ingredimini per portas has. ut adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum: deus israel. Bonas facite vias vestras. et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite perfidere in verbis mendacium dicentes. Templum domini: templum domini: templum domini est. Quoniam si bene direxeritis vias

vestras et studia v̄ra. si fecerit iudiciū in̄ v̄is. et primū ei. aduene et pupillo et vidue nō feceritis calumniā. nec sanguinē innocētē effuderitis in loco hoc. et post deos alienos nō ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto. in terra quā dedi patribus v̄ris. a seculo et vsq; in scdm. Dicit dñs ops. **Gla.** Oculi oim in te sperāt dñe et tu das illis escā in tpe oportuno. **vf.** Aperis tu manū tuam et iples omne aial benedictione. **Secūdū lucā. iij.**

**F**il. t. Surgēs ihs de synagoga: itroiuit i domū symonis. Docrus at symonis tenebat magnis febribus et rogauerūt illū p̄ ea. Et stās sup illū. ipauit febrī: et dimisit illā. Et continuo surgēs ministrabat illis. Cum sol aut occidisset: omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eū. At ille singulis manū imponēs: curabat eos. Erībāt at demonia a multis clamācia et dicencia: quia tu es filiū dei. Et increpans nō sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum eē christū. Facta aut die. egressus ibat in desertū locū. Et turbe requirebāt eū. Et venerunt vsq; ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum

dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee.

**Offer.** Si ambulauero in medio tribulacionis viuificabis me domie et sup irā inimicorū meorū extends manū tuā et saluū me fecit dextera tua. **Secreta.**

Deus de cuius gracie rore descendit: ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedam. presta q̄sum. ut in eorū tradicionē solēpniter honoranda competens deferamus obsequiū. Per dominū. **Gō.**

Tu mādasti mandata tua custodiri nimis utinā dirigāt vie mee ad custodiēdas iustificacōes tuas.

**S**acramētū tuū dñe **Cōplenda** venerāda p̄ceptio. et mystico nos mūdet effectu: et p̄petua virtute defendat. Per. **Sup populum** Subiectū tibi pplm q̄s dñe p̄picio celestis āplificet: et tuis sp̄ faciat fruire mādāt. **P. Fe. vi. Intro.**

**H**ec meclū dñe signū in bono ut videāt q̄ me oderūt et confundant qm̄ tu dñe adiuuisti me et cōsolat̄ es me. **P̄s.** Inclina dñs aurē tuā et exaudi me qm̄ inops et paup sum ego. **Collecta.**

**F**auore p̄sequere: ut sicut ab aliis mētis in corpe. ita a vicijis ieiunemus i mēte. **P. Icō li. p̄ueri. xx.**

**F**ad diebus illis. Cōuenerunt filij israel ad moysen et aarō: et

#  
abstinentis

versi in seditionē dixerunt. Da no  
bis aquā ut bibam? Ingressusq;  
mopses ⁊ aaron dimissa multitu  
dine ante tabernaculum federis  
dñi: corruerūt pñi in terram: cla  
mauerūtq; ad dñm atq; dixerunt  
Domine de? exaudi clamorē popu  
li hui?: et aperi eis thesaurū tuum  
fontem aque viue. ut faciat cesset  
murmuratio eorū. Et apparuit glo  
ria dñi super eos. Locutusq; ē do  
minus ad mopsen dicens Tolle vir  
gam ⁊ cōgrega populū. tu ⁊ aarō  
frater tu?: ⁊ loq;mini ad petrā co  
ram eis. et illa dabit aquas. Cūq;  
eduxeris aquā de petra: bibet ois  
multitudo et iumēta eius. Tulit  
igit mopses virgā q̄ erat in cōspec  
tu domini. sicut p̄ceperat ei: con  
gregata multitudo ante petrā  
dixitq; eis. Audite rebelles ⁊ incre  
duli. Num de petra hac vobis a  
quā poterim? eijcere? Cūq; eleua  
set mopses manū p̄cutiens virga  
bis silicē: egressę sunt aque largis  
sime. ita ut popul? biberet ⁊ iumē  
ta. Dixitq; dñs ad mopsen ⁊ aarō  
Quia nō credidistis michi. ut san  
ctificaretis me corā filiis israhel:  
non introducetis hos p̄plos in ter  
rā quā dabo eis. Hęc ē aqua p̄tra  
dictōnis: ubi iurgati sunt filij isra  
hel cōtra dñm: ⁊ sanctificat? est in  
eis. **Gr̄a.** **I**n deo sp̄auit cor me  
um ⁊ adiutus sum et refloruit ca

ro mea et ex volūtate mea confite  
bor illi. **v.** Ad te dñe clamaui de?  
meus ne sileas ne discedas a me.

**Secūdum Johānem. iij.**

**F** illo tpe. Venit ih̄s in ciuitatez  
samarie q̄ dicit sp̄char  
iuxta p̄diū qd̄ dedit iacob filio suo  
ioseph. Erat at̄ ibi fons iacob Ihe  
sus ergo fatigat? ex itinere: sede  
bat sic sup fontē. Hora aut̄ erat q̄  
si sexta. Venit mulier de samaria  
haurire aquā. Dicit ei ih̄esus Da  
michi bibere. Discipuli em̄ ei? abi  
erunt in ciuitatē ut cibos emerēt.  
Dicit ergo ei mulier illa samari  
tana. Quō tu inde? cū sis: a me bi  
bere potscis q̄ sum mulier samari  
tana? Nō em̄ contumēt iudei sama  
ritanis. Respōdit ih̄esus: ⁊ dixit ei  
Si scires donū dei. ⁊ quis ē qui de  
da michi bibere: tu forsitan petis  
ses ab eo ⁊ dedisset tibi aquā viuā.  
Dicit ei mulier Domine neq; i quo  
haurias habes: ⁊ puteus altus ē  
Vñ ergo habes aquā viuam? Nū  
quid tu maior es patre n̄ro iacob.  
q̄ dedit nobis puteū. ⁊ ipse ex eo bi  
bit ⁊ filij ei? ⁊ pecora eius? Respon  
dit ih̄esus: ⁊ dixit ei. Ois qui bibit  
ex aqua hac: siciet itez. Qui autē  
biberit ex aqua quā ego dabo ei:  
nō siciet in eternū. S; aq̄ quā ego  
dabo ei: fiet in eo fons aq̄ salietis  
in vitā eternā. Dicit ad eū mulier  
dñe da michi hęc aquā: ut nō siciā

neq; veniam huc haurire Dicit ei  
 ihesus. Dade voca viri tuū: et veni  
 huc. Respondit mulier: et dixit. Nō  
 habeo virū. Dicit ei ihesus. Sene di  
 xisti quia nō habeo virū. Quinq;  
 em̄ viros habuisti: et quē nunc ha  
 bes. nō est tuus vir. Hoc vere dixi  
 sti. Dicit ei mulier. Domine video  
 quia propheta es tu. Patres nostri  
 in mōte hoc adorauerunt. Et vos  
 dicitis q; iherosolymis ē loc⁹ ubi  
 adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mu  
 lier crede michi: quia veniet hora  
 qñ neq; in mōte hoc: neq; in ihero  
 solymis adorabitis patrē. Vos a  
 doratis qd̄ nescitis: nos adoram⁹  
 qd̄ scim⁹: quia salus ex iudeis est.  
 Sed venit hora et nūc est: qñ veri  
 adoratores adorabūt patrē in spi  
 ritu et veritate. Nā et pater tales  
 querit: q̄ adorēt eū. Spirit⁹ est de⁹  
 et eos q̄ adorent eū in spū et veri  
 tate oportet adorare. Dicit ei mu  
 lier. Scio quia messias venit: q̄  
 dicitur christus. Cū ergo venerit:  
 ille nobis annūciabit oīa. Dicit ei  
 ihesus. Ego sū: q̄ loquor tecū. Et cōti  
 nuo venerūt discipuli ei⁹: et mira  
 bātur q; cū muliere loq̄bat. Nēo  
 tū dixit quid q̄ris: aut qd̄ loq̄r cū  
 ea. Reliquit ergo hydriā suā muli  
 er et abiit in ciuitatē: et dicit illi ho  
 minib⁹. Venite et videte hoīem: q̄  
 dixit michi oīa quecūq; feci. Nūq̄d  
 ipse ē christus? Exierūt ergo de ci

uitate: et veniebāt ad eū. Interea  
 rogabāt eū discipuli ei⁹ dicentes.  
 Rabbi māduca. Ille autē dixit eis.  
 Ego cibū habeo manducare: quē  
 vos nescitis. Dixerūt ergo discipu  
 li adinuicē. Nunq̄d aliquis attulit  
 ei māducare? Dicit eis ihesus. Neq;  
 cibus est: ut faciā volūtātē ei⁹ qui  
 misit me. ut pficiam op⁹ eius. Nō  
 ne vos dicitis qd̄ adhuc q̄tuor mē  
 ses sunt: et messis venit? Ecce dico  
 vobis. Leuate oculos vestros et vi  
 dete regiones: q; albe sūt iam ad  
 messem. Et qui metit mercedē ac  
 cipit et cōgregat fructū in vitam  
 eternā. ut et qui seminat simul gau  
 deat et q̄ metit. In hoc em̄ est ver  
 bum ver⁹: quia alius est qui semī  
 nat et alius ē qui metit. Ego misi  
 vos metere: qd̄ vos nō laborastis.  
 Alij laborauerūt: et vos in labores  
 eorū introistis. Ex ciuitate autē illa  
 multi crediderūt in eū samarita  
 norū: p̄p̄t verbū mulieris testimo  
 niū phibentis. q; dixit michi oīa q̄  
 cūq; feci. Cū venissent ergo ad illū  
 samaritani: rogauerūt eū ut ibi  
 maneret. Et māsit ibi duos dies.  
 Et multo p̄les crediderūt p̄p̄t̄ mo  
 nē ei⁹: et mulieri dicebāt. Quia iā nō  
 p̄p̄t̄ tuā loq̄lā credim⁹: ipsi ei audi  
 uim⁹ et scim⁹: q; h̄ ē vere saluator  
 mūdi. **Off.** Intēde voci orōnis  
 mee rex me⁹ et deus meus qm̄ ad  
 te orabo domine.

**R**espice domine pro/  
picius ad munera q̄ sacram?: ut ⁊  
tibi grata sint et nobis salutaria  
semp existant. Per dominū. **Cō.**

**Q**ui biberit aquā quā ego dabo  
ei dicit dominus fiet in eo fons aque  
salientis in vitam eternam.

**H**uius nos domine **Cōplenda.**  
perceptio sacramēti mūdet a cri/  
mine: ⁊ ad celestia regna pducatur.  
Per dominū. **Sup populū.**

**R**esta quā om̄ipotēs deus ut q̄  
in tua protectione cōfidim?. cūcta  
nobis aduersancia te adiuvante  
vincam?. **P. Sabbato Introit.**

**M**erba mea auribus percipe  
dñe intellige clamorē meū:  
intende vocem orationis mee. **P̄s.**

**Q**m̄ ad te orabo dñe mane exau/  
dies vocem meā. **Collecta.**

**R**esta quā op̄s deus: ut qui  
se affligēdo carne ab alimē  
tis abstinet. sectādo iusticiā a cul/  
pa se iument. Per dominū.

**Lectio Danielis prophete. xij.**

**F**idieb? illis. Erat vir in ba/  
blyone: ⁊ nomē ei? ioachim.  
Et accepit uxore noīe susannā fili  
am helchie: pulchrā nimis. ⁊ timē  
te dñm. Parētes eīm illi? cū essent  
iusti: erudierūt filiā suam scdm le  
gē moysi. Erat at ioachim diues  
valde. ⁊ erat ei pomeriū vicinū  
domui sue. Et ad ipm p̄fluebāt iu  
dei: eo q̄ esset honorabilior omni

um. Et p̄stituti sunt duo senes iu/  
dices in āno illo de q̄bus locut? est  
dñs. q̄ egressa est iniquitas de ba  
blyone a seniorib? iudicib? qui vi/  
debātur regere populū. Isti fre/  
quentabāt domū ioachim ⁊ veni/  
ebant ad eos oēs q̄ habebāt iudi/  
cia. Cū at p̄pls reuertisset post me/  
ridiē: ingrediebat susanna. ⁊ deā  
bulabat in pomerio viri sui. Et vi/  
debāt eā senes quotidie ingredie  
tem ⁊ deābulantē: ⁊ exarserūt in  
rōcupiscēciā ei?. Et euerterūt sen/  
sum suū: ⁊ declinauerunt oculos  
suos ut nō viderēt celū. neq̄ reco/  
darētur iudiciorū iustorū. Factū est  
at cū obseruarent diē aptū qm̄ eā  
possent inuenire solā ingressa est  
aliquā sicut heri ⁊ nudius tertius? cuius  
duab? solis puellis: voluitq; laua  
ri in pomerio. Estus quippe erat.  
Et nō erat ibi q̄sq;: preter duos se/  
nes absconditos. Dixit ergo puell.  
Afferte michi oleū ⁊ smpgnata: ⁊  
ostia pomerij claudite ut lauer.  
Cū at egressę essent puellę: surrex  
erūt duo senes ⁊ accurrerūt ad eā  
et dixerūt Ecce ostia pomerij clau  
sa sūt: ⁊ nemo nos videt. Quāob  
rem assentire nobis: et cōmiscere  
nobiscū. Qd si nolueris. dicemus  
testimoniū cōtra te. qd fuerit tecū  
iuuenis: ⁊ ob hāc causam emisisti  
puellas a te. Ingenuit susanna  
et ait. Angustie michi sunt undiq;

**S**icm hoc egero mors michi est. si autē non egero : nō effugiam manus vestras. **S**ed melius ē michi absq; opere incidere in man? vestras: q̄ peccare in cōspectu domini. **E**t exclamauit voce magna susanna. **E**xclamauerūt at? senes : aduersus eā. **C**um autē audissent clamorē in pomerio famuli dom? irruerūt p? posticū vt viderent qd? nam esset. **P**ostq; autē senes locuti sunt. erubuerūt serui vehemēter quia nunq; dictus fuerat sermo hmoi de susanna. **E**t facta ē dies crastina. **C**unq; venisset populus ad virū eius ioachim : venerūt et duo presbyteri pleni iniq̄ cogitatione aduersus susannā. vt interficerēt eam. **E**t dixerūt corā populo. **M**ittite ad susannā filiam helchie: vxorē ioachim. **E**t statim miserūt. **E**t venit cū parētibus et filiis: et vniuersis cognatis suis. **F**lebant igit? sui et omnes qui nouerāt eam. **C**onsurgētes autē duo p̄sbyteri in medio populi : posuerunt manus suas sup? caput eius. **Q**ueflens. suscepit ad celū. **E**rat ei cor eius fiduciā habēs in dño. **E**t dixerūt presbyteri. **C**ū deābularem? in pomerio soli ingressa ē hec cū duab? puellis : et clausit ostia pomerij. et dimisit a se puellas. **V**enitq; ad eā adolescēs q̄ erat abscondit? : et cōtribuit cū ea. **P**orro nos. cū esse

mus i agulo pomerij. vidētes iniquitatē. cucurrim? ad eos: et vidim? eos p̄ter? miseri. **E**t illū qdē nō quuim? p̄phendere q; forcior nobis erat: et ap̄to ostio exiliuit. **H**ac autē cū apprehēdissem? interrogauimus q̄snā esset adolescēs. et noluit indicare nobis. **H**uius rei testes sumus. **C**redidit eis multitudo quasi senib? populi et iudicib?: et cōdēpnauerūt eam ad mortem. **E**xclamauit autē voce magna susanna : et dixit. **D**eus etne q̄ absconditor es? p̄gnitor. q̄ nostri oia ante q̄ fiāt : tu scis qm̄ falsum p̄tra metulerūt testimoniū. **E**t ecce morior : cū nichil hor? fecerim q̄ isti malicōse p̄posuerūt aduersū me. **E**raudiuit autem dominus vocem eius. **C**unq; duceretur ad mortē suscitauit de? spiritū pueri iunioris cui nomē erat daniel. **E**t exclamauit voce magna. **M**undus ego sum a sanguine huius. **E**t cōuersus omnis populus ad eū dixit. **Q**uis est iste sermo quē tu locut? es? **Q**ui cū staret in medio eor? ait. sic fatui filij israhel nō iudicantes neq; qd? ver? ē cognoscētes : cōdēpnastis filiā isrl. **R**euertim? ad iudiciū q; falsū testimoniū locuti sē aduersus eā. **H**ec illis ē ḡ p̄lis cū festinacōe. **E**t dixit ad eos daniel. **D**epate eos ab inicē pcul. et diiudicabo eos. **C**um ergo diuisi essent alter ab altero :

uocauit unū de eis ⁊ dixit ad eum  
Inueterate dierū malorū: nunc ve-  
nerūt peccata tua que operabar:  
prius iudicās iudicia iniusta. ino-  
centes opprimēs et dimittēs noxi-  
os. dicente domio. Innocētem et  
iustū non interficias. Nunc ergo  
si uidisti eos: dic sub qua arbore ui-  
deris eos colloquētes sibi Qui a-  
it sub cyno. Dixit autē daniel. Hec  
te mentitus es in caput tuū. Ecce  
em̄ angelus dñi accepta sentētia  
ab eo: scindet te mediū. Et amoto  
eo iussit venire aliū: ⁊ dixit ei. Se-  
men chanaan ⁊ nō iuda. spēs de-  
cepit te ⁊ cōcupiscētia subuertit  
cor tuū. Sic faciebatis filiab⁹ isra-  
hel: ⁊ ille timētes loquebātur vo-  
bis: sed nō filia iuda sustinuit ini-  
quitatē vestrā Nūc ergo dic michi  
sub qua arbore cōprehēderis eos  
loquētes sibi. Qui ait. sub primo.  
Dixit autē ei daniel. Hec te mentit⁹  
es ⁊ tu in caput tuū. Manet ei an-  
gelus dñi gladiū habens: ut secet  
te mediū et interficiat vos. Excla-  
mauit itaq; om̄is cētus voce mag-  
na: et benedixerūt deū qui saluat  
sperantes in se. Et cōsurrexerunt  
aduersus duos presbyteros cōui-  
cerat em̄ eos daniel. ex ore suo fal-  
sum dixisse testimoniū. Fecerunt  
q; eis sicuti male egerant adūsus  
primū: et interfecerūt eos. Et sal-  
uatus ē sāguis innocius i die illa

**S**i ambulem in me / **Grad.**  
dō umbre mortis nō timebo ma-  
la qm̄ tu mecū es dñe. **Or.** Virga  
tua et baculus tu⁹ ipsa me sola-  
ta sunt. **Scdm̄ Johānem. viij.**  
**F**illo tpe. Perrexit ihesus i  
montē oliueti. ⁊ diluculo ite-  
rum venit in templū. Et om̄is po-  
pulus venit ad eum: ⁊ sedēs doce-  
bat eos. Adducūt autē scribe et pha-  
risei mulierē in adulterio dephen-  
sam ⁊ statuerūt eam in medio. et  
dixerunt ei Magister: hec mulier  
modo dephenſa ē in adulterio In  
lege autē moyses mādauit nobis:  
hmoi lapidare. Tu ergo qd̄ dicis?  
Hec autē dicebāt tēptantes eum. ut  
possent accusare eū. Ihesus autē in-  
clinās se deorsus: digito scribebat  
in terra. Cū autē pseuerarēt iter-  
rogātes eū: erexit se et dixit eis. Q̄  
sine peccato est vestry: pm̄us in il-  
lam lapidē mittat. Et itez se incli-  
nans: scribebat in terra. Audien-  
tes autē: unus post unū eribāt: inci-  
pientes a senioribus. Et remāsit  
ih̄s solus: ⁊ mulier in medio stās.  
Erigens autē se ihesus: dixit ei. Mu-  
lier: ubi sunt q̄ te accusabant? Ne-  
mo te cōdēpnauit? Que dixit. Ne-  
mo dñe. Dixit autē ihesus Nec ego  
te dēpnabo Vade: ⁊ ampli⁹ iam  
noli peccare. **Or.** Gressus me-  
os dirige dñe scdm̄ eloquiū tuum  
ut nō dñetur ois iniusticia dñe.

**Q**oncede quibus opus **Secreta.**  
deus: ut huius sacrificij munus obla-  
tum. fragilitatem nostram ab omni ma-  
lo purget semper et muniat. **Per.**

**Cō.** Nemo te condempnavit muli-  
er nemo domine nec ego te condempna-  
bo iam amplius noli peccare.

**Q**uesumus opus deus: **Cōplēda.**  
ut inter eius membra numeremur  
cuius corpori communicamus et sangui-  
ni. Domini nostri ihesu christi filij tui.  
Qui tecum vivit. **Sup p̄lm**

**P**retende domine fidelibus tuis dex-  
teram celestis auxiliij. ut te toto cor-  
de perquirant. et que digne postulāt  
consequi mereantur. **Per.**

**Dñica in medio quadragesimę. Introi.**

**I**stare iherusalē et conventum  
facite omnes qui diligitis eam gau-  
dete cum leticia qui in tristitia fuistis  
ut exultetis et faciemini ab uberibus  
solacionis vestre. **Ps.** Letat-  
us sum in hijs que dicta sunt michi  
in domum domini ibimus. **Collecta.**

**Q**oncede quibus opus deus: ut qui ex  
merito nostre actionis affli-  
gimur. tue gratie consolacione refi-  
piremus. **P.** **Ad galathas. iij.**

**F**ratres. Scriptum est quoniam abra-  
ham duos filios habuit: unum  
de ancilla et unum de libera. Sed qui  
de ancilla: secundum carnem natus est  
Qui autem de libera: per re-promissionem  
que sunt per allegoriam dicta. Hec ei  
sunt duo testamēta Unum quidem

in monte syna in servitute gene-  
rans que est agar. Syna enim mons  
est in arabia. qui coniunctus est ei. qui  
nunc est iherusalē et servit cum filiis  
suis. Illa autem que sursum est iherusa-  
lem libera est. que est mater nostra  
Scriptum est ei. Letare sterilis que  
non paris. erūpe et clama quia non paru-  
ris: quia multi filij deserte. magis quam  
eius que habet virum. Nos autem fratres:  
secundum ysaac promissionis filij sumus?  
Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus  
fuit. persequatur eum qui secundum spiri-  
tum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptu-  
ra? Ecce ancilla et filium eius: non enim  
heres erit filij ancille cum filio libe-  
re. Itaque fratres: iam non sumus ancille fi-  
lij sed libere. Qua libertate: christus  
nos liberauit. **Grad.** Letat-  
us sum in hijs que dicta sunt michi  
in domum domini ibimus. **V.** Fiat pax  
in virtute tua et abundantia in tur-  
ribus tuis. **Tract.** Qui confi-  
dunt in domino sicut mons syon non com-  
mouebitur in eternum qui habitat  
in iherusalē Montes in circuitu  
tui eius et dominus in circuitu populi sui  
ex hoc nunc et usque in seculum.

**Secundum Johannē. vi.**

**F**il. t. Abijt ihesus trans ma-  
re galilee: quod est tiberiadis. Et  
sequatur eum multitudo magna: quia  
videbantur signa que faciebat super  
hijs qui infirmabantur. Subijt er-  
go in montem ihesus: et ibi sedebat

cum discipulis suis. Erat autē pri-  
mū pascha: dies festus iudeorum.  
Cū subleuasset ergo oculos ih̄s et  
vidisset quia multitudo maxima  
venit ad eū: dicit ad philippū. Vñ  
emem? panes vt manducent h̄j?  
Hoc autē dicebat tēptans eū: ip̄e  
eīm sciebat qđ esset factur⁹. Respō-  
dit ei philippus. Ducētoꝝ denari-  
oꝝ panes nō sufficiunt eis: vt  
vnusquisq; modicū quid accipiat.  
Dicit ei vnus ex discipulis ei⁹ an-  
dreas frater symonis petri. Est pu-  
er vnus hic: q̄ habet quiq; panes  
hordeaceos ⁊ duos pisces. Sed h̄  
quid sunt inter tātos? Dicit ergo  
ih̄esus. Facite homies discūbere.  
Erat autē fenū multū in loco. Dis-  
cubuerunt ergo viri: numero q̄si  
quiq; milia. Accepit ergo ih̄s pa-  
nes: ⁊ cū gratias egisset. distribu-  
it discūbentib⁹. Similit̄ et ex pisci-  
bus q̄tū volebāt. Vt autē imple-  
ti sunt: dicit discipulis suis. Colli-  
gite que supauerunt fragmenta  
ne pereant. Collegerūt ergo: ⁊ im-  
pleuerunt duodeci cophinos fra-  
gmentoꝝ: ex q̄nq; panib⁹ hordea-  
ceis q̄ supauerūt h̄js qui māduca-  
uerāt. Illi ergo hoies cū vidissent  
qđ fecerat signū: dicebāt. Ecce h̄ est  
vere p̄pha: qui vētur⁹ ē in mūdū.  
**Off.** **L**audate dñm q; benignus  
est. psallite nomī ei⁹ qm̄ sua-  
uis est omnia quecūq; voluit fecit

in celo et in terra. **Secreta.**

**S**acrificijs presentib⁹ dñe qm̄s  
intēde placat⁹. vt et deuocioni no-  
stre p̄ficiant et salutē. **Per. Cō.**

**I**herusalē que edificat⁹ vt ciuitas  
cuius p̄cipacio eius in idipsum  
illuc eīm ascēderunt trib⁹ trib⁹ do-  
mini ad cōfitēdum noi tuo dñe

**D**a nobis misericors **Cōplēda.**  
deus: vt sancta tua q̄bus incessan-  
ter explemur. sinceris tractemus  
obsequijs. ⁊ fidei semp̄ mente su-  
mam⁹. **P. Feria. ij. Introitus.**

**D**eus in nomie tuo saluū me  
fac ⁊ in v̄tute tua iudica me  
deus exaudi oracionē meā. **Ps.**

**Q**m̄ alieni insurreperūt in me et  
fortes quesierūt aiām meam.

**P**æsta qm̄s op̄s **Collecta.**  
de⁹. vt obseruaciōes sacras  
seiuñj annua deuocione recolē-  
tes. ⁊ corpe tibi placeam⁹ et mēte  
**P. Lectio libri Regū. tercio. iij.**

**T**er dieb⁹ illis. Venerunt due  
mulieres meretrices ad re-  
gē salomonē: steterūtq; coram eo.  
Quar vna ait. Obsecro mi dñe: e-  
gor mulier h̄ habitabam⁹ i domo  
vna. ⁊ pepi apd eā i cubiculo. Ter-  
cia v̄a die postq; ego pepi: pepit et  
h̄. Et eram⁹ s̄l. nullusq; ali⁹ in do-  
mo nobiscū. exceptis nob⁹ duab⁹.  
Mortu⁹ ē at fil⁹ mulieris huius  
nocte: dormiens quippe oppressit  
eum. Et consurgens in tempeste

noctis silencio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis. et collocauit in sinu suo. Quū autē filiū qui erat mortuus. posuit i sinu meo. Cūq; surrexisset mane: ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quē diligēcius intueēs clara luce: dephēdi non esse meū quē genuerā. Responditq; altera mulier. Nō est ita. sed filius tuus mortuus est: meus autem uiuit. Et cōtrario illa dicebat. Mentiris filius me? quippe uiuit: et fili? tuus mortuus est. Atq; in hunc modum: cōtendebāt corā rege. Tunc rex ait. Hec dicit. Filius meus uiuit: et fili? tuus mortuus ē: et ista respondit non. sed fili? tuus mortuus est. meus autē uiuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladiū. Cūq; attulissent gladiū coram rege ait. Diuidite inq; infantē uiuū in duas partes: et date dimidiam partem vni. et dimidiā partem alteri. Dixit autē mulier cui? filius erat uiuus ad regem: cōmota sunt q̄ppe viscera ei? sup filio suo. Obsecro domie: date illi infantē uiuū et nolite interficere eum. Et cōtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit sed diuidat. Respondit rex et ait. Date huic infantē uiuū et non occidatur. hec est em̄ mater ei?. Mitidit itaq; omnis israhel iudiciū qd̄ iudicasset rex. et timuerunt re-

gem. videntes sapiēciam dei esse in eo: ad faciendū iudiciū.

**Gradu.** **A**sto michi in deū protectorem et in locū refugij ut saluū me facias. **v.** Deus in te speraui domie nō confundar in eternū

**Secūdum Johānem. h.**

**I**n illo tēpore Prope erat palcha iudeorū et ascēdit ihesus iherosolimā. Et inuenit in tēplo vendētes boues et oues et columbas: et nūmularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis: om̄es eiecit de templo. Oues quoq; et boues. et nūmulariorū effudit es: et mensas subuertit. Et hīs qui colūbas vendebant dixit. Afferte ista hinc: et nolite facere domū patris mei domū negociacionis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptū est. zelus dom? tue comedit me. Responderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Qd̄ signum ostēdis nobis quia hec facis? Respondit ihesus: et dixit eis. Soluite templū hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum ē templū hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat et crediderūt scripture et sermōni quē dixit ihesus. Cū autem

esset ihesus iherosolymis in pas-  
cha i die festo: multi crediderunt  
in nomine eius. videntes signa  
eius que faciebat. Ipse autem ihe-  
sus non credebatur semetipsum eis:  
quod ipse nosset omnes. et quia opus  
ei non erat ut quis testimonium per-  
hiberet de homine. Ipse enim scie-  
bat: quid esset in homine.

**Offertorium.** Iubilate deo omnis terra  
subilate deo omnis terra. Fuite do-  
mino in leticia intrate in conspec-  
tu eius in exultatione quia domi-  
nus ipse est deus. **Secreta.**

**O** blatum tibi domine sacrificium  
vivificet nos semper et muniat.  
Per dominum nostrum. **Glossa.** Ab oc-  
cultis meis munda me domine et ab a-  
lienis parce seruo tuo. **Congregatio.**

**S**umptis domine salutaribus sacra-  
mentis. ad redemptionis eterne que-  
sumus perficiamus augmentum. **Psalmus.**

**D**eprecationem **Supplicium**  
nostram quam domine benignus exau-  
di: et quibus supplicandi prestat affe-  
ctum. tribue defensionis auxilium.  
Per dominum. **Feria. iij. Introitus.**

**E**xaudi deus orationem meam et  
ne despereris deprecationem  
meam intende in me et exaudi me.

**Psalmus.** Contristatus sum in exercita-  
tione mea et conturbatus sum a vo-  
ce inimici et a tribulatione pecca-

**S**acre no **Collecta.** (toris  
his que domine observationis ie-

tunia. et pie conversationis augmen-  
tum: et tue propiciationis continuum  
prestant auxilium. Per dominum.

**lectio libri Exodi. ccccij.**

**E**t diebus illis. Locutus est dominus  
ad moysen dicens. Descende de  
monte: quia peccavit populus tuus. quem  
eduxisti de terra egypti. Recesserunt  
cito de via quam ostendisti eis. Fecerunt  
sibi vitulum conflatilem et ado-  
rauerunt: atque imolantes ei hostias  
dixerunt. Isti sunt dii tui israel. qui te edu-  
xerunt de terra egypti. Surrexit autem  
dominus ad moysen. Cerno quod populus iste  
dure cervicis sit: dimitte me ut iras-  
catur furor meus contra eos et deleam  
eos. faciamque te in gentem magnam. Mo-  
yses autem orabat dominum deum suum dicens.  
Cur domine irascitur furor tuus contra po-  
pulum tuum quem eduxisti de terra egypti.  
in fortitudine magna. et in manu  
robusta: ne quod dicat egyptius. cal-  
lide eduxit eos: ut interficeret eos in  
montibus. et deleteret de terra. Quies-  
cat ira tua: et esto placabilis super  
nequitiam populi tui. Recordare a-  
brahamam et isaac et israhel seruatorum  
tuorum: quibus iurasti per te metipsum  
dicens. Multiplicabo semen vestrum  
sicut stellas celi: et universam terram  
hanc de qua locutus sum dabo se-  
mini vestro. et possidebitis eam super  
seculum. Placatusque est dominus: ne faceret ma-  
lum quod locutus fuerat. Et misertus est  
populo suo: dominus deus noster.

**E**xurge domine fer **Gradua.**  
opem nobis ⁊ libera nos propter  
nomen tuū. **v.** Deus auribus  
nostris audiuimus patres nostri  
annūciauerūt nobis opus quod  
operatus es in dieb⁹ eor⁹ et in die/  
bus antiquis. **S. Johānē. vii.**

**I**n illo tēpore. Jam die festo  
mediante. ascendit ihesus ī  
templum et docebat Et miraban  
tur iudei dicentes. Quomodo hic  
litteras scit cū non didicerit? Res  
pondit eis ihesus et dixit. Mea do  
ctrina nō est mea: sed eius q̄ misit  
me. Si quis voluerit voluntatē  
eius facere: cognoscat de doctrina  
utrū ex deo sit. an ego a meipso lo  
quar Qui a semetipso loq̄tur: glo  
riam ppriam querit. Qui autē q̄rit  
gloriā eius q̄ misit illū: hic verax  
est. ⁊ iniusticia in illo nō est. Nōne  
moyles dedit vobis legem? Et ne  
mo ex vobis facit legē. Quid me q̄  
ritis interficere? Respōdit turba:  
et dixit. Demoniuū habes. Quis  
te querit interficere. Respōdit ihe  
sus et dixit eis. Unū opus feci. et  
omnes miramini Propterea mo  
yses dedit vobis circūcisionē: non  
quia ex moyse est. sed ex patribus  
Et in sabbato circūciditis homi  
nem Si circūcisionē accipit homo  
in sabbato vt nō soluat lex mo  
ysi: michi indignamini quia totū  
hominē sanū feci in sabbato? Pro

lite iudicare scdm faciē: sed iustū  
iudicium iudicate. Dicebāt ergo  
quidā ex iherosolymis Nonne hic  
est quē querunt interficere? Ecce  
nūc palam loq̄tur: et nichil ei di  
cunt. Nūquid vere cognouerunt  
principes sacerdotū quia hic ē chri  
stus? Sed hūc scim⁹ vnde sit. chri  
stus autē cū venerit. nemo scit vn  
de sit. Clamabat ergo ihesus do  
cens in templo et dicēs. Et me sci  
tis. ⁊ vnde sim scitis et a meipso nō  
veni. sed est ver⁹ qui misit me. quē  
vos nescitis. Ego autē scio eū. Et  
si dixero quia non scio eum: ero si  
milis vobis mēdax. Sed scio eum  
quia ab ipso sum: ⁊ ipse me misit.  
Querebāt ergo eum apprehende  
re et nemo misit in illū manus. q̄  
nōdum venerat hora ei⁹. De tur  
ba autē: multi crediderūt in eum.

**Offer.** Expectans expectavi do  
minū et respexit me et exaudiuit  
deprecationē meā et imisit in os me  
um canticū nouū hpmnū deo no  
stro.

**Secreta.**

**N**ec hostia domie q̄ms emūdet  
nostra delicta. ⁊ sacrificiū celebrā  
dum subditoꝝ tibi corpa mētesq̄  
sanctificet. **Per. Cō. Letabi**  
mur in salutari tuo et in noīe dñi  
dei nr̄i magnificabimur. **Cōplē.**  
**N**u⁹ nos dñe p̄ceptio sacramē  
ti mūdet a crūnie: ⁊ ad celestia re  
gna p̄ducet. **P. Sup̄plm.**

**M**iserere dñe p̄plo tuo. ⁊ continuis tribulationib⁹ laborantē. ꝑꝑicius respirare cōcede. Per dñm.

**Feria quarta Introitus.**

**D**om sanctificatus fuero i vobis cōgregabo vos de vniū/sis terris ⁊ effundā sup vos aquā mūdā et mūdabimini ab omnibus inq̄namētis vris et dabo vobis sp̄ritū nouū. **Ps.** Bñdicam dñm in oī tpe semp laus ei⁹ in ore meo. **Antiphona** Dñs vobiscū **O**remus. **L**ectam⁹ ge. **L**euate.

**D**eus q̄ ⁊ iustis ꝑ/ **Collecta.** omnia meritorū. ⁊ ꝑctōrib⁹ ꝑer ieiuniū veniā prebes miserē supplicib⁹ tuis. vt reatus nr̄i ꝑfessio. indulgēciā valeat ꝑꝑice delictorū. **Per.** **Ec̄o Ezechielis ꝑꝑhe. xxxvi.**

**H**ec dicit dñs de⁹. Sanctificabo nomē meū magnū: vt sciāt gentes q̄ ego dñs. cū sanctificat⁹ fuero in vobis corā eis Tollā q̄ꝑꝑe vos de gētib⁹. ⁊ cōgregabo vos de vniuersis t̄ris: ⁊ adducā vos i t̄rā vestrā. Et effundā sup vos aquā mūdā. ⁊ mūdabimini ab oīb⁹ inq̄namētis vris: ⁊ ab vniū/sis idol⁹ vris: mūdabo vos. Et dabo vob cor nouū: ⁊ sp̄ritū nouū ponā in medio v̄ri Et auferā cor lapideū de carne v̄ra: ⁊ dabo vob cor carneū: ⁊ sp̄ritū meū ponā in medio v̄ri. Et faciā vt i ꝑceptis meis ābulet⁹: et iudicia mea custodiat⁹ ⁊ operemini.

Et habitab i t̄ra quā dedi patrib⁹ v̄ris. ⁊ eritis m̄ in ꝑꝑlm: ⁊ ego ero vob in deū. Dicit dñs oꝑs. **Gla.**

**V**eite filij audite me timorē dñi docebo vos **v.** Accedite ad eū ⁊ il/ lumiam i ⁊ facies v̄re nō ꝑfundēt **Hic dicit** Dñs vo. **O**rem⁹ **L**ectam⁹ ge. **L**euate. **Collecta.**

**P**resta q̄s oꝑs de⁹: vt q̄s ieiuniorū votiuā castigāt. ip̄a q̄s deuocio sc̄a letificet vt t̄renis affectib⁹ mitigat⁹. facili⁹ celestia capiamus. **P.** **Ec̄o ꝑꝑate ꝑꝑhe. ꝑmo.**

**H**ec dicit dñs d̄s. Lauamī mūdī estote: auferete malū cogitationū v̄rāꝑ ab ocul⁹ meis. Quiescite agere puerse: discite bñfacere. Querite iudiciū. B̄uenite opp̄sso iudicate pupillo defendite viduā et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerit ꝑctā v̄ra vt coccinū: q̄si nix dealbabūt. Et si fuerint rubra q̄si vermicul⁹: velut lana alba erunt Si voluerit⁹ et audieritis me: bona t̄re ꝑmedetis. Dicit dñs oꝑs.

**B**eata gēs cui⁹ ē dñs d̄s **Gla.** eorū ꝑꝑls quē elegit dñs in hereditatē sibi **v.** Verbo dñi celi firmati sūt et sp̄s oris ei⁹ dñs vt⁹ eorū.

**F**il. t. **Prete/ ꝑꝑhem. ix.** r̄ies ihs vidit hoiem tecum a natiuitate Et iterrogauerūt eū discipuli sui **Abbi:** q̄s peccauit. h̄ aut parētes ei⁹ vt cec⁹ nascēt. **Res** ꝑōdit ihs **ꝑꝑeꝑ h̄ peccauit neqꝑ ꝑa**

rētes eius sed ut manifestent opa  
 dei in illo. **N**e oportet opari opa  
 eius q̄ misit me: donec dies ē. **P**e-  
 nit nos: qm̄ nemo p̄t opari. **Q**uā-  
 diu in mūdo sum: lux sum mūdi.  
**H**ec cū dixisset expuit in terrā. et fe-  
 cit lutum ex sputo. et linuit lutū  
 sup̄ oculos eius et dixit ei. **V**ade et  
 laua in natatoria sp̄loe: qd̄ interp̄-  
 tatur missus. **A**bijt ergo et lauit et  
 venit videns. **I**taq; vicini. et qui vi-  
 derūt eū prius quia mēdic⁹ erat:  
 dicebāt. **N**onne hic est q̄ sedebat et  
 mendicabat? **A**lij dicebāt quia hic  
 est: alij autē nequaq; . sed similis  
 eius est. **I**lle vero dicebat. **Q**uā ego  
 sum. **D**icebāt ergo ei. **Q**uō aper-  
 ti sunt tibi oculi? **R**ēdit. **I**lle hō q̄  
 dicit ihesus. lutū fecit et unxit ocu-  
 los meos: et dixit michi. **V**ade ad  
 natatoria sp̄loe: et laua. **E**t abijt: et  
 lauit. et video. **D**ixerūt ergo ei **U**bi  
 est ille? **R**ēdit. nescio. **A**dducunt eū ad  
 phariseos: q̄ cecus fuerat. **E**rat autē  
 sabbatum: qm̄ lutum fecit ihesus.  
 et aperuit oculos eius. **I**terum er-  
 go interrogabāt eū pharisei: quo-  
 modo vidisset? **I**lle autē dixit eis. **L**u-  
 tum posuit michi super oculos: et  
 laui et video. **D**icebāt ergo ex pha-  
 riseis quidā. **N**ō est hic homo a dō  
 qui sabbatū nō custodit. **A**lij dice-  
 bant. **Q**uomodo potest hō pecca-  
 tor hec signa facere? **E**t scisma e-  
 rat inter eos. **D**icunt ergo ceco ite-

rum. **T**u quid dicis de eo qui ape-  
 ruit oculos tuos? **I**lle autem dixit  
 quia propheta ē. **N**on crediderūt  
 ergo iudei de illo. quia cecus fuis-  
 set et vidisset: donec vocauerunt  
 parentes eius. qui viderat. et in-  
 rogauerunt eos dicentes. **H**ic est  
 filius vester. quē vos dicitis quia  
 cecus natus est? **Q**uomodo ergo  
 nunc videt? **R**espōderunt eis pa-  
 rentes eius: et dixerūt. **S**cim⁹ q̄  
 hic est filius noster. et quia cecus  
 natus est: quomodo autē nunc vi-  
 deat nescim⁹. aut quis eius ape-  
 ruit oculos nos nescim⁹. **I**psum  
 interrogate: et atē habet. ipse de  
 se loquatur. **H**ec dixerūt parētes  
 eius: quia timebāt iudeos. **I**ā em̄  
 conspirauerāt iudei: ut si quis eū  
 confiteretur christum extra syna-  
 gogam fieret. **P**ropterea paren-  
 tes eius dixerūt: quia et atē habet  
 ipsum interrogate. **V**ocauerunt  
 ergo rursus hominē qui fuerat  
 cecus: et dixerūt ei. **D**a gloriā deo  
**N**os scimus quia hic hō peccator  
 est. **D**ixit ergo ille. **S**i peccator est  
 nescio. **U**num scio: quia cū cecus  
 essem. modo video. **D**ixerūt ergo  
 illi. **Q**uid fecit tibi? **Q**uō aperuit  
 tibi oculos. **R**espōdit eis. **D**ixi vo-  
 bis iam et audistis: quid itez vul-  
 tis audire? **R**unqd̄ et vos vultis  
 discipuli eius fieri? **M**aledixerūt  
 ei: et dixerunt. **T**u discipul⁹ illius

non. **D**ie autē sexta parent quō inferant et sit duplum quā colligere solebant per singulos dies. **D**ixeruntque moyses et aaron ad omnes filios israel. **V**espe sciatis quia dñs eduxerit vos de terra egipti: et mane videbitis gloriā eius. **A**udiuit enim murmur vestrum contra dñm. **R**os vero quid sumus? quia militastis contra nos. **E**t ait moyses. **D**abit vobis dñs vespe carnes edere: et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmuratōes vestras quibus murmurati estis contra eum. **R**os enim quid sumus? **N**ec contra nos est murmur vestrum. sed contra dñm. **D**ixitque moyses ad aaron. **D**ic vniuersę congregationi filiorū israel. **A**ccedite coram dño: audiuit enim murmur vestrum. **C**umque loqueret ad omnē multitudinē filiorū israel: respexerunt ad solitudinē. **E**t ecce gloria domini apparuit in nube.

**R**esponsorium.

**C**ollegerunt pontifices et pharisei scilium et dicebant. quid facimus: quia hic homo multa signa facit. si dimittimus eum sic omnes credent in eum. **N**e forte veniant romani et tollant nostrum locum et gentem.

**V**nus autē ex ipsis caphas nomine. cum esset pontifex anni illius prophetauit dicens. **E**xpedit vobis ut unus moriat homo pro populo. et non tota gens pereat. ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum dicentes. **N**e forte veniat rex.

**S**cđm

**I**n illo tpe. **C**um **M**attheus. **A**ppropinquasset hierosolymis et venisset bethphage ad montem oliueti: tūc ihesus misit duos discipulos dicens eis. **I**te in castel

## Benedictiones Palmarum.

lum quod circa vos est. et statim inuenieris asinam alligatam. et pullum cum ea. **S**oluite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quod dominus his operibus: et festim dimittet eos. **H**oc autem totum factum est ut adimpleret quod dictum est per prophetas dicentem. **D**icite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium subiugalis. **E**untes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. **E**t adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum de super sedere fecerunt. **P**lurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. **A**lij autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. **T**urbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. **S**anna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine domini. **D**ominus uobiscum.

**A**desto nobis **Oremus.**  
**O**mnipotens deus ut quod nostro ministrat officio. tue benedictionis potius impleatur effectu. **P**er christum dominum nostrum. **S**ecundum immediate benedicat palme ut sequitur

**E**xorcizo te omnis creatura florum et frondium in nomine dei patris omnipotentis et in nomine ihesu christi filij eius. et in uirtute spiritus sancti. **P**roinde omnis uirtus aduersarij. omnis exercitus dyaboli. omnis potestas inimici. omnis incurio demonum. eradicare et explare ab hac creatura florum et frondium ut ad dei gratiam festinantius uestigia non sequaris. **P**er eum qui uenturus est iudicare. **sc.**

**D**eus cuius filius **Oremus**  
**P**ro salute generis humani de celo descendit ad terras et appropinquante hora passionis sue hierosolimam in asino sedens uenire. et a turbis rex appellari ac laudari uoluit. **S**icut dicere et sancti **X** ficare dignare. hos palmarum ceterarumque frondium ramos. ut omnes qui eos lacuri sunt ita benedictionis tue dono repleantur quatinus et in hoc seculo hostiantiqui temptamenta superare. et in futuro cum palma uictorie et fructu bonorum operum tibi ualeant apparere. **P**er eundem christum dominum. **Oremus**

**D**eus qui dispersa congregas et congregata seruas qui populum obuiam ihesu ramos portantibus benedixisti: bene **X** dicetis hos ramos palme. atque aliarum arborum que tui famuli ad nomen tui benedictionem suscipiunt. ut in quocumque loco introducti fuerint tua benedictionem in eo manentes consequantur. ut omnia aduersa ualitudine fugata. tua uerterat ptegat quos redemit. **P**er eundem christum dominum nostrum. **A**men. **Oremus**

**D**eus qui hodierna die ad in sinuatum humilitatis exemplum. super asinum sedere et a turbis rex appellari uoluisti et collaudari respice ad deuotam populi tui humilitatem. et qui cum palmis et ceteris frondibus laudi tue dicatis in memoriam huius uenerande solennitatis: deuotus occurrat tibi iudici uenienti cum palma uictorie et fructu bonorum operum securus occurrat. **Q**ui cum deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas deus. **V**ince ualente uocem cantando prefationem

**P**er omnia secula seculo/ ta conderes. ligna quoque fructife/  
rum. Amen. Dominus vobiscum/ fera diuerso vsui creata. terram  
Et cum spiritu tuo. Sursum corda. producere iussisti. ac post maledi/  
Habemus ad dominum. Grās ctum interdicitte arboris. vniuer/  
agamus domino deo nostro. Dignū sa per obedientiam nobis vniige/  
et iustum est. niti filij tui in benedictionem con

**U**ere dignum et iustum est uertisti. **B**enedicetia hos mul/  
equum et salutare. Nos tibi sem/ tigenarum arborum ramos. in/  
per et ubique gratias agere domi/ ter quas hec precipue arbor oliue  
ne sancte pater omnipotens eter pinguedine cunctas precellit. per  
ne deus. Mundi conditor omni/ quam etiam cum mundi crimina.  
umque creaturarum mirabilis di/ diluuisio quondam explarentur et  
spositor. Deus qui inter ipsa mun/ fuso. columba ramum eius defe/  
di primordia cum ex nihilo cunc/ rens. pacem terre redditam nun/  
i h

<p>             ciat. <b>P</b>recor &amp; innocens turba              spiritu sancto afflata. unigenito              tuo domino nostro ihesu christo p              totius mundi salute passuro ob /              uiam currens palmarum. et hu              sus arboris ramos abscidens. ac              vestigijs eius substernens. ia qua              si triumphatorem de mortis prin /              cipe ostendebat. <b>T</b>e igitur domine              suppliciter deprecamur. ut qui an              nua deuotione eiusdem redemp /              toris nostri sacratissimam passio              nem preuenire nitimur ipso adiu              uante palmam victorie tenentes           </p>	<p>             atq; oleo misericordie intrinsecus              refulgentes in eius sancta resur /              rectione premium vite &amp; immor /              talitatis coronam percipere me /              reamur. <b>P</b>er eundem dominum              nostrum iesum christum filiu tu              um qui te. vi. &amp; reg. in vni. spiritus              sancti. <b>P</b>omnina secula seculi. <b>A</b>me.           </p> <p> <b>D</b>eus qui filium <b>Oratio</b>              tuum iesum christum do              minum nostrum p salute nostra              in hunc mundum misisti. ut se hu              miliaret ad nos. et nos reuocaret              ad se cui etiam dum iherusalem; ve              nitet. ut adimpleret scripturas cre              dentium populorum turba fide /              lissima deuotione vestimenta sua              cum ramis palmarum in via stec              nebat. presta quesumus ut illi fi              dei viam prepararemus. de qua              remoto lapid offensiois &amp; petra              scandali. frondeant apud te ope              ra nostra iusticie ramis: ut ei ve              stigia sequi mereamur. <b>Q</b>ui tecum              vi. &amp; reg. in vnitae etc.           </p> <p> <b>Oratio</b>  <b>O</b>mnipotens genitor qui v              nigenitum tuum ab hieri /              cho moteq; oliueti ad iherusalem           </p>
--	---

## Benedictiões Palmariū.

direristi cui turba mirabiliter oc-  
currit. alij vestimenta sternentes  
alij ramos de arboribus cedentes  
oluarum. alij palmas in mani-  
bus suis deferentes. te obnoxio p-  
cibus humiliter deprecamur: vt  
hec germina arborum ita sancti-  
ficare digneris. vt hec loca ubi de-  
portata fuerint. sanctificata effi-  
ciatur: quo omnis iniquitas seu  
illusio demonum abcedat. vt tua  
nos semper dextera ptegere dig-  
netur. *De eodem cristū dominū.*

**A**diua nos deus *Gratio.*  
salutaris noster. et ad bene-  
ficia recolenda quibus nos istau-  
rare dignatus es tribue veire gau-  
dentes. *De dominum nostrum ie-  
sum christum etc.* *Seinde asp-  
gantur palme et populus. Et inte-  
rim cantetur. Asperges me. sine  
Gloria patri. Ad processionem An.*

**Q**um appropinquaret domi-  
nus iherosolimam misit du-  
os de discipulis suis dicens Ite in  
castellum quod contra vos est. et  
iuuenietis pullum asine alligatū  
super quem nullus hominum se-  
dit soluite et adducite mihi. si quis  
vos interrogauerit dicite opus do-  
mini est soluentes adduxerunt ad  
iesum. et imposuerunt super eum  
vestimenta et sedit super eum Alij  
expandebat vestimenta sua i via  
alij ramos de arboribus sternebat  
et qui sequebantur clamabant O-  
sanna benedictus qui venit in no-  
mine domini. benedictum regnū  
patris nostri dauid. osanna in ex-  
cellis miserere nobis fili dauid

*In exitu chori Ant.*

**Q**um audisset populus. quia ie-  
sus venit iherosolimam. accepe-  
runt ramos palmarum: et exierunt  
ei obviam. et clamabant pueri di-  
centes. Hic est qui venturus est i  
salutem populi. Hic est salus nra  
et redemptio israel. *Quantus est  
iste quem throni et dominationes  
adorant. noli timere filia syon. ec-  
ce rex tuus veit tibi sedes sup pullū  
asine. sicut scriptū ē Salve rex fa-  
bricator mundi. qui venisti redime-  
re nos* *Ant.*

**A**nse sex dies solemnitatis pasce  
venit dominus in ciuitatem ihe-  
rusalem et occurrerunt ei pueri. et  
in manibus portabant ramos pal-  
marum. et clamabant voce mag-  
na dicentes. osanna in excelsis. Be-  
nedictus qui venisti in multitudine  
misericordie osanna in excelsis  
*Ant.*

**O**eperunt omnes turbe descen-  
dentium gaudentes laudare deū  
voce magna super omnibus quas  
viderant virtutibus dicentes. be-  
nedictus qui venit rex in nomine do-  
mini par in celo et gloria in excelsis  
*Ant.*

**O**ccurrunt turbe cum floribus et  
palmis redemptori domino et vi-  
ctori triumphanti digna dant ob-  
sequia filium dei olim gentes pre-  
dicant et in laude christi voces to-  
nant per nubila osanna. *Sein-  
de presbiter flexis genibus ante cru-  
cem ter incipit antiphonam.*

*Et inte-  
rim cho-*

**A**ue rex noster ro toties  
cantante fili dauid redemptor mū  
i iij

## Benedictiões Palmariū.

di. prostermit se per modū crucis.

*Ant.*

**A**ue rex noster fili dauid redem /  
ptor mundi. quem prophete pre /  
dicauerunt saluatorem domini is /  
rael esse venturum. te enim ad sa /  
lutarem victimam pater misit in /  
mundum quem expectabant om /  
nes sancti ab origine mūdi: nūc /  
osanna filio dauid benedictus q̄ /  
venit in nomine domini osanna i /  
excellis

*Ante crucem Hymnus.*

**G**loria laus et honor tibi sit /  
rex christe redemptor. Cui /  
puerile decus prompsit osanna pi /  
um. Gloria. Israel es tu rex da /  
uidis et inclipta proles. nomine qui /  
in domini rex benedicte venis.

**G**loria. Cetus in excelsis te lau /  
dat celicus omnis. et mortalis ho /  
mo et cuncta creata simul Gloria /  
Plebs hebreica tibi cum palmis /  
obuiam venit cū prece voto hym /  
nis assumus ecce tibi. Glo. Nū /  
tibi passuro soluebāt munia lau /  
dis. nos tibi regnanti pangimus /  
ecce melos. Gloria. Fecerat he /  
breos hos gloria sanguinis alti: /  
nos facit hebreos trāsitus ecce pi /  
us Gloria. Nū placuere tibi pla /  
reat deuotio nostra rex pie rex cle /  
mens cui bona cūcta placēt Glo.

*Sic piciantur rami. Ant.*

**Q**ueri hebreorum tollentes ra /  
mos oliuarum obuiauerunt do /  
mino clamantes et dicentes osan /  
na in excelsis. Sic piciantur sup /  
pellicia a clericis qui cātabant hym /  
num. Queri hebreorum vesti /  
num /  
mēra psternebant in via et clama

bant dicentes osanna filio dauid /  
benedictus qui venit in nomine do /  
mini. Presbiter cum socio reporta /  
turus crucez ad ecclesiam flexis ge /  
nibus eleuando eam incipit choro /  
psequente.

**O** crux aue spes unica hoc passio /  
nis tempore auge p̄ys iusticiam /  
reilq; dona veniam. Seinde refe /  
ratur ad ecclesiam et cantetur *R.*

**I**ngrediente domino in sanctam /  
ciuitatem hebreorum pueri resur /  
rectionem vite pronūciantes. Cū /  
ramis palmarum osanna clama /  
bant in excelsis et Cūq; audisset /  
qđ venit iesus hierosolimam exie /  
runt obuiā ei. Cum ramis. *Ant.*

**T**urba multa que venerat ad di /  
em festum clamabant domino be /  
neditus qui venit in nomine domini /  
osanna in excelsis. *Psal.* Benedi /  
ctus dñs deus israhel quia visita /  
uit et fecit redemptionem plebis /  
sue. Turba multa. *Oratio*

**A**dge fidem in te sperantur /  
deus: et supplicum preces di /  
gnanter exaudi: veiat super nos /  
multiplex misericordia tua: ut si /  
cut in figura ecclesie tue multipli /  
casti noe egrediētē d̄ archa. et moy /  
sen exeuntem de egipto cum filiis /  
israhel: ita nos portantes palmas /  
et ramos oliuarum: bonis actibus /  
occurramus obuiam christo: et p̄ /  
ipm in gaudium introeam? Qui /  
te. uiuit et regnat etc.

**S**einde incipiatur officium mis /  
se Domine ne longe etc. *Require* /  
supra folio. liij.

iiij

## Feria quinta in ce- na domini Introitus

**N**os autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo ē salus vita et resurrectō nostra per quem saluati et libera-  
ti sumus. **Psal.** Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. **Nos autem.** Gloria patri. non dicit nisi tm̄ in missa vbi crisma ab ep̄o cōsecratur. **Nec Gloria in excelsis. nec Credo.** **Nec** Ite missa est non dicuntur.

**Dominus vobiscum. sine. Elee-**  
**tamus genua Collecta**

**D**eus a quo et iudas reat? sui penam. et cōfessionis sue latro premium sumpsit. concede nobis tue ppiciationis effectum. ut sicut in passione sua iesus christus dominus noster diuersa vtriusq; i-  
tulit stipendia meritorum. ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. **Qui tecum vi. rē.**

**Ad Corinthios**

**H**acres. Conueniētibus vobis in unum: iam non ēdo-  
minicam cenam māducare. **Unus** quisq; enim suam cenam p̄sumit ad manducandum. **Et** alius quidem esurit: alius autem ebrius ē.  **Nunquid** domos non habetis ad manducandum et bibendum. aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui nō habent?  **Quid** dicam vobis?  **Laudo** vos. in hoc nō

laudo.  **Ego** enim accepi a domi-  
no quod et tradidi vobis: quoniam dominus iesus in qua nocte tra-  
debatur accepit panem. et gratias agens fregit et dixit.  **Accipite** et mā-  
ducate.  **Hoc** est corpus meum quod pro vobis tradetur.  **Hoc** facite in meam commemorationē.  **Similiter** et calicem postq; cenauit dicens  **Hic** calix: nouum testamentum est in meo sanguine.  **Hoc** facite: quotiēscūq; bibitis in meā cōmemoratōe.  **Quotiēscūq; ei māducabit panē hunc. et calicem bibetis: mortē domini annuntiabitis donec veniat. Itaq; quicumq; māducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet** autem seipm̄ homo: et sic de pane illo edat. et de calice bibat.  **Qui** enim māducet et bibit indigne: iudicium sibi māducet et bibit non diiudicans corpus domini.  **Ideo** inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiūt multi.  **Quod** si nos ipsos diiudicaremus: non vtiq; diiudicaremur.  **Dum** iudicamur autem a domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur.  **Grad.**

**Christus** factus est pro nobis obediens usq; ad mortem: mortē autem crucis.  **Et** propter quod et de-  
exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomē.  **Ho-**  
die nō dicitur tractus.  **Scinde**  **Tu**  
be domine benedicere.  **Consuetas**  
an̄ euang. dicēda et faciēda sunt.

**Scdm̄**  **Iohannem.**

**Et** il. tē.  **Ante** diem festū pas-  
ce sciens iesus quia venit hora ei?

## In cena domini.

ut trāseat ex hoc mundo ad patrē  
eum dilexisset suos qui erāt in mū  
do: in finem dilexit eos. Et cena fa  
cta cum diabolus iam misisset in  
cor ut traderet eum iudas simois  
schariothis: sciens quia omnia de  
dit ei pater in manus. et quia a dō  
exiit et ad deum vadit. surgit a ce  
na et ponit vestimenta sua. Et cum  
accepisset lintheum: p̄cinxit se. De  
inde misit aquam in peluim: et ce  
pit lauare pedes discipulorum et  
extergerē lintheo quo erat p̄cinctus.  
**V**enit ergo ad simonem pe  
trum: et dixit ei petrus. Domine tu  
mihi lauas pedes? Respondit ihe  
sus: et dicit ei. Quid ego facio: tu  
nescis modo. scies autem postea.  
**D**icit ei petrus. Non lauabis mi  
hi pedes in eternum. Respondit ei  
iesus. Si non lauero te nō habe  
bis partem mecum. Dicit ei simō  
petrus Domine: nō t̄m pedes me  
os. sed et manus et caput. Dicit ei  
iesus. Qui lotus est nō indiget ni  
si ut pedes lauet: sed est mundus to  
tus. Et vos mundi estis: s; non om  
nes. Sciebat enim quisnam esset  
qui traderet eum. Propterea di  
xit. non estis mundi omnes. Post  
quā ergo lauit pedes eorum et acce  
pit vestimenta sua: et cum recubi  
isset. iterum dixit eis. Scitis quid  
fecerim vobis? Vos vocatis me ma  
gister et domine: et bene dicitis. sum  
erentis. Si ergo ego laui pedes ve  
stros dominus et magister: et vos  
debetis alter alterius lauare pe  
des. Exemplum enim dedi vobis  
ut quemadmodum ego feci vobis  
ita et vos faciatis

**C**redo non dicitur nisi ut supra.  
**O**fferit. **D**extera domini fecit vir  
tutē dextera domini exaltauit me  
non moriar sed vitam et narabo  
opera domini.

**N**ota due hostie consecrande  
sunt quarum vna in crastinum ser  
uatur. sanguis vero eodem die cum  
ab lutione penitus sumat

### Secreta.

**I**se tibi quesumus domine  
sancte pater omnipotens e  
terne deus sacrificium nostrū red  
dat acceptum: qui discipulis suis  
in sui cōmemoratione hoc fieri ho  
dierna traditione monstrauit: ie  
sus christus filius tuus dominus  
noster. Qui tecum uiuit et reg.  
**P**refatio. Qui salutē. **I**nfra actio  
nem. **C**ommunicantes. **N**ac igit  
tur. **Q**ui pridie. **N**ota ad **P**ar do  
mini sit semper vobiscum dicitur  
**S**ed ad **A**gnus dei dicitur **M**isere  
re nobis. et non **D**ona nobis pacē  
**N**ec pax nec osculum pacis dantur  
nec prima oratio s; **D**omine ihesu  
christe qui dixisti apostolis tuis di  
citur. **C**etera vero consuetudine dicunt.  
**D**ominus iesus postquā **C**om.  
cenauit cum discipulis suis: lauit  
pedes eorum et ait illis. Scitis quid  
fecerim vobis ego dominus et ma  
gister exemplum dedi vobis ut et  
vos ita faciatis. **S**cinde immedia  
te finita communionē accipiat dia  
conus vel sacerdos calicem cū pate  
na et hostia cōsecrata et verrat se ad  
populum cantans incipiendo ad

vespas. **An.** Calicem salutaris accipiam. ut infra. Scinde ponat calix r̄. iterū ad altare vsq; quo vesunt finite.

**Ant.**

**C**alicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. **Psal.** Credidi r̄. Sine Gloria patri nisi ut supra ubi crisma cōsecratur. **An.** Quoniam his qui oderunt pacem eram pacificus eorum loquebar illis impugnabant me gratis. **Psal.** Ad dominum cum tribularer. **An.** Ab hominibus iniquis libera me. **Psal.** Eripe me domine. **An.** Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi et ab scādalis operantiū iniquitatem. **Psal.** Domine clamaui. **An.** Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. **Psal.** Voce mea. Sequitur immediate sine hymno cap. et v. Super magnificat. **An.** Quoniam panem benedixit et fregit dedit discipulis suis. **Psal.** Magnificat anima r̄. sine gloria nisi ut supra. Scinde immediate dicitur Dominus vobiscum r̄. **Compl.** Refecti vitalibus alimentis quiesumus domine deus noster. ut quō tempore nostre mortalitatis exequimur. immortalitatis tue munere consequamur. Per dominum nostrum iesum christum. Benedicamus domino. Sine Ite missa est nisi ut supra. Sine benedictione. Et sic utriusque tam missa quam vespere cum vna cōclusionē videlicet Complenda et Benedicamus domino terminatur. et denudantur statim

altaria et suspendantur campanae vsq; ad sabbatum sanctum ad missam. Scinde reponitur sacramentum honeste ad locum ubi solet reponi choro cantate. **Hoc corpus.** Et thurificetur in summa reuerentia cum candelis p̄cedentibus r̄.

## In die Parasceues.

**C**um nullus Introitus hodie habetur incipiat diaconus vel sacerdos nudo officium cum prophetia r̄ ut sequitur

**T**ribulatione sua mane consurgent ad me. Venite et uertamur ad dominum: quia ipse cepit et saluabit nos: percutiet et curabit nos. Diuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos et uiuemus in cōspectu eius. Sciemus sequemurque ut cognoscamus dominum. Quasi diluculum paratus est egressus eius: et ueriet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi esraim quid faciam tibi iuda? Misericordia uestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolauit in prophetis et occidit eos in uerbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiam

## Parasceues.

volui et non sacrificium: et scientiam dei plus quam holocausta.

**Tractus.**

Domine audiui auditum tuum et timui consideravi opera tua et expaui. **In** medio duum animalium innotesceris dum appropinquauerint anni cognosceris: dum aduenerit tempus ostenderis. **In** eo dum conturbata fuerit anima mea in ira misericordie mee memoreris. **Deus** a libano veniet et sanctus de monte umbroso et condensio. **Ap**eruit celos maiestas eius et laudis eius plena est terra. **Sacerdos** sine dñs vobiscum **Oremus.** **S**iaconus a dextris **F**lectam? genua **S**iaconus a sinistris. **L**euate. **C**ol

**D**eus a quo et iudas reatus sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit. cōcede nobis tue p̄ciacionis effectus: ut sicut in passione sua iesus xp̄s dominus noster diuersa vtriusque tulit stipendia meritorum: ita nobis ablato vetustatis errore. resurrectionis sue gratiam largiatur. **Qui tecum viuit et reg.**

**Lectio sine titulo.**

**In** diebus illis. Dixit dominus ad moysen et aaron in terra egypti. **M**ensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni loq̄mini ad vniuersum cetum filiorum israel: et dicite eis **D**ecima die mensis huius tollat vnusquisque agnū per familias et domos suas. **S**in autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnū: assumat vicinum suum qui iun-

ctus est domui eius: iuxta numerum animarum que sufficere possint ad esum agni. **E**rit enim agnus absque macula: masculus anniculus. **I**uxta quem ritum tollentis et hedum: et seruabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis huius immolabitque eum vnica multitudo filiorum israel ad vespertium. **E**t sument de sanguine eius ac ponent super vtrunque postem: et i superliminaribus domorum in quibus comedent illum. **E**t edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cum lactucis agrestibus. **N**on comedetis ex eo crudum quid. nec coctum aqua: sed assum tantum igni. **C**aput cum pedibus eius et intestinis vorabitis et os non confringetis nec remanebit ex eo quicquam usque mane. **S**i quid residuum fuerit: igni comburetis. sic autem comedetis illum. **R**enes vestros accingetis. calciamenta habebitis in pedibus. tenentes baculos in manibus. et comedetis festinantes. **E**st enim phasce: id est. transitus domini.

**Tractus.**

**S**ripe me domine ab omni malo a viro iniquo libera me. **Q**ui cogitauerunt malicias in corde tota die constituebant prelia. **Ac**uerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labijs eorum. **C**ustodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis libera me. **Q**ui cogitauerunt supplantare gressus meos abscederent superbi laqueos mihi. **E**t funes excederent in laqueos

## Barasceues.

um pedibus meis iuxta iter scan-  
dalum posuerunt mihi. **V** Dixi  
domino deus meus es tu exaudi  
domine vocem orationis mee. **V**

**D**omine domine virtus salutis  
mee obumbra caput meum i die  
belli. **V** **R**e tradas me a deside-  
rio meo peccatori cogitauerunt ad  
uersum me ne derelinquas me ne  
vnuquam exaltentur. **V** **C**aput cir-  
cuitus eorum labor labiorum ipso-  
rum operiet eos **V** **P**eritamen  
iusti confitebuntur nomini tuo. **V**  
habitabunt recti cum vultu tuo.  
**P**assio legatur absq; benedictio/  
ne et sine **D**ominus vobiscum et si-  
ne titulo. sed plane vt sequitur.

**M**edio modo.

**E**gressus est iesus cum disci-  
pulis suis trans torrentem  
cedron: vbi erat hortus. In quem  
introiuit ipse: et discipuli eius **S**ci-  
ebat autem et iudas qui tradebat  
eum. locum. quia frequenter ihe-  
sus conuenerat illuc cum discipu-  
lis suis. **J**udas ergo cum accepit  
ser cohortem. et a pontificibus et  
phariseis ministros venit illuc cu  
laternis et facibus et armis. **J**esus  
itaq; sciens ea que ventura erant  
super eum: processit et dicit eis.

**Q**uem queritis? **R** **R**e-  
sponderunt ei. **R** **J**esum naza-  
renum **R** **D**icite eis iesus  
**E**go sum **R** **S**tabat au-  
tem et iudas qui tradebat eum cu  
ipsis. **V**t ergo ihesus dixit eis ego  
sum: abierunt retrorsum et recide-  
runt in terram. **I**terum ergo iter-  
rogauit eos. **Q**uem queri-  
tis. **R** **I**lli autem dixerunt.

**J**esum nazarenum. **R**  
**R**espondit iesus **E** **D**ixi vobis  
quia ego sum. **S**i ergo me queri-  
tis: sinite hos abire. **R** **V**t  
impleretur sermo quem dixit: qd  
quos dedisti mihi: non perdidit ex  
eis quenq;. **S**imon ergo petrus  
habens gladium eduxit eum. et p-  
cussit pontificis seruum. et absci-  
dit auriculam ei? dexteram. **E**rat  
autem nomen seruo: malchus. **D**i-  
xit ergo iesus petro. **M**itte  
gladium tuum in vaginam. **C**ali-  
cem quem dedit mihi pater: non bi-  
bam illum? **R** **C**ohors ergo et  
tribunus et ministri iudeorum co-  
prehenderunt iesum. et ligauerunt  
eum: et duxerunt eum ad annam  
primum. **E**rat enim socer capphe  
qui erat pontifex anni illius **E**rat  
autem caphas. qui consilium de-  
derat iudeis. quia expedit vnu ho-  
minem mori p populo **D**equeba-  
tur autem iesum simon petrus: et  
alius discipulus. **D**iscipulus autem  
ille erat notus pontifici: et introi-  
uit cum iesu in atrium pontificis  
**P**etrus autem stabat ad ostium fo-  
ris. **E**xiit ergo discipulus alius  
qui erat notus pontifici: et dixit osti-  
arie. et introduxit petrum. **D**ixit  
ergo petro ancilla ostiaria **R**  
**N**unquid et tu ex discipulis es ho-  
minis istius? **R** **D**icit ille **N**  
**N**on sum **R** **S**tabant autem  
serui et ministri ad prunas qd fri-  
gus erat et calefaciebant se. **E**rat  
autem cu eis et petrus stans: et cale-  
faciens se. **P**ontifex ergo interro-  
gauit ihesum de discipulis suis: et  
de doctrina eius. **R**espondit ei ihe-

## Barabaeus.

sus **T** Ego palam locutus sum  
mūdo: ego semper docui in syna/  
goga: et in templo quo omnes iu/  
dei conueniunt: et in occulto locu/  
tus sum nihil. Quid me interro/  
gas? Interroga eos qui audie/  
runt quid locutus sum ipsis. Et/  
ce hi sciunt: que dixerim ego

**R** Hec cum dixisset vnus assi/  
stens ministroꝝ. dedit alapam  
ihesu dicens **R** Sic respondes  
pontifici? **R** Respondit iesus

**T** Si male locutus sum: testi/  
monium perhibe de malo. Si au/  
tem bene: quid me cedis?

**R** Et misit eum annas ligatum ad  
cappham pontificem. Erat autem  
symon petrus stans: et calefaciens  
se. Dixerunt ergo ei **R** Nunquid  
et tu ex discipulis eius es? **R**

Negauit ille et dixit **R** Non sum  
**R** Dicit ei vnus ex seruis po/  
tificis: cognatus eius cuius absce/  
dit petrus auriculam **R** Non  
ne ego te vidi in horto cum illo?

**R** Iterum ergo negauit pe/  
trus: et statim gallus cantauit.  
Adducunt ergo iesum a cappa i  
pretorium. Erat autem mane Et  
ipsi non introierunt in pretorium  
vt non contaminarentur: sed ma/  
ducarent pascha. Exiuit ergo pila/  
tus ad eos foras. et dixit. **R**

Quam accusationem affertis ad  
uersus hominem hunc. **R**  
Respondent: et dixerunt ei **R**  
Si non esset hic malefactor: non ti/  
bi tradidissemus eum. **R** Dixit  
ergo eis pilatus **R** Accipite eum  
vos: et scdm legem vestram iudi/  
cate eum. **R** Dixerunt ergo ei

iudei. **R** Nobis non licet inter/  
ficere quenq̃. **R** Ut sermo ie/  
su impleretur quem dixit. signifi/  
cans qua morte esset moriturus.

Introiuit ergo iterum in pretori/  
um pilatus. et vocauit iesum: et di/  
xit ei. **R** Tu es rex iudeoꝝ?

**R** Et respondit iesus **T** Ace/  
metipso hoc dicis: an alij tibi dice/  
runt de me? **R** Respondit pi/  
latus **R** Nunquid ego iudeus su?

Sens tua et potiffices: tradiderunt  
te mihi. quid fecisti? **R** Respo/  
dit iesus. **T** Regnum meum non  
est de hoc mundo. Si ex hoc mun/  
do esset regnum meum: ministri

mei utiq; decertarent vt non tra/  
derer iudeis. Nunc autem regnum  
meum: non est hinc. **R** Dixit  
itaq; ei pilatus. **R** Ergo rex es  
tu? **R** Respondit iesus **T**

Tu dicis: quia rex sum ego. Ego i  
hoc nat? sum: et ad hoc veni in mu/  
dum vt testimonium perhibeam  
veritati. Omnis qui est ex verita/  
te: audit meam vocem. **R** Di/  
cit ei pilatus. **R** Quid est ve/  
ritas. **R** Et cum hoc di/  
xisset: iterum exiuit ad iudos et di/  
xit eis **R** Ego nullam inuenio  
in eo causam. Est autem consue/  
tudo vobis vt vnū dimittam vobis  
in pascha. Vultis ergo dimittam  
vobis regem iudeoꝝ? **R**

Clamauerunt rursus omnes di/  
centes. **R** Non hunc sed baria/  
bam. **R** Erat autem baria/  
bas latro. Tunc ergo apprehendit  
pilatus iesum: et flagellauit. Et  
milites plectentes coronā de spi/  
nis: imposuerunt capiti ei: et veste

## Parasceues.

purpurea circumdederunt eum: et veniebant ad eum: et dicebant **U**ne rex iudeorum. **M** Et dabant ei alapas. **E**rgo iterum pilatus foras et dicit eis **U** ecce adduco vobis eum foras: ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. **M** **E**rgo ihesus portans spineam coronam: et purpureum vestimentum et dicit eis pilatus **U** ecce homo **M** **C**um ergo vidissent eum pontifices et ministri: clamabant dicentes. **U** Crucifige: crucifige eum **M** **D**icit eis pilatus. **U** Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam: **M** **R**esponderunt ei iudei. **U** Nos legem habemus. et secundum legem debet mori. quia filium dei se fecit **M** **C**um ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit. **E**t ingressus est pretorium iterum et dicit ad iesum: **U**nde es tu? **I**esus autem responsum non dedit ei. **D**icit ergo ei pilatus. **U** **N**ihi non loqueris? **R**escis quia potestatem habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? **M** **R**espondit ihesus. **U** **N**on haberes potestatem aduersum me ullam nisi tibi esset datum desuper. **P**ropterea quod tradidit me tibi: maius peccatum habet **M** **E**t exinde querebat pilatus dimittere eum. **I**udei autem clamabant dicentes. **U** **S**i hunc dimittis non es amicus cesaris **O**mnis qui se regem facit contra dicit cesari **M** **P**ilatus ergo cum audisset hos sermones: adduxit foras iesum et sedit pro tribunali in

loco qui dicitur lichostratos. hebraice autem gabatha. **E**rat autem parasceue pasche: hora quasi sexta. **E**t dicit iudeis **U** **E**cce rex vester **M** **I**lli autem clamabant **U** **T**olle: tolle crucifige eum **M** **D**icit eis pilatus. **U** **R**egem vestrum crucifigam? **M** **R**esponderunt pontifices. **U** **N**on habemus regem: nisi cesarem **M** **T**unc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. **P**ulceperunt autem iesum: et eduxerunt. **E**t baiulans sibi crucem: exiit in eum qui dicitur caluarie locus. hebraice autem golgatha. ubi eum crucifixerunt. **E**t cum eo alios duos: hinc et hinc: medium autem iesum **S**cripsit autem et titulum pilatus: et posuit super crucem. **E**rat autem scriptum. **I**hesus nazarenus rex iudeorum. **H**unc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est **I**hesus. **E**t erat scriptum: hebraice. grece et latine **D**icebant ergo pilato pontifices iudeorum. **U** **N**oli scribere rex iudeorum. **S**ed quia ipse dixit rex iudeorum. **M** **R**espondit pilatus. **U** **Q**uod scripsi scripti **M** **M**ilites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius. et fecerunt quatuor partes. uniuersis militi partem et tunicam. **E**rat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum **D**ixerunt ergo adinuicem **U** **N**on scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. **M** **U**t scriptura impleveretur dicens.

## Parasceues.

Partiti sunt vestimenta mea sibi  
et in vestem meam miserunt sortē  
Et milites quidem hec fecerunt.  
Stabant autem iuxta crucem ie-  
su mater eius et soror matris eius  
maria cleophe. et maria magdale-  
na. Cum vidisset ergo ihesus ma-  
trem et discipulum stantem que-  
diligebat: dicit matri sue **T** Mu-  
lier ecce filius tuus. **Q** Deinde di-  
xit discipulo. **T** Ecce mater tua.  
**Q** Et illa hora: accepit eum disci-  
pulus in sua. Postea sciens iesus  
quia iam omnia consummata sunt  
ut consummaret scriptura dixit.  
**T** Sitio. **Q** Vas ergo positum  
erat: aceto pleuum. Illi autem spon-  
giam plenam aceto hyssopo circum-  
ponentes: obtulerunt ori eius. Cum  
ergo accepisset ihesus acetum: di-  
xit. **T** Consummatum est. **Q**  
Et inclinato capite tradidit spiritum.  
**X** Hic flexis genibus dicatur Pa-  
ter noster. Iudei ergo quoniam pa-  
rasceue erat: ut non remanerent  
in cruce corpora sabbato: erat enim  
magnus dies ille sabbati. rogave-  
runt pilatum ut frangerentur eo-  
rum crura. et tollerentur. Vene-  
runt ergo milites. et primi quidem  
frangerunt crura: et alterius qui cru-  
cifixus est cum eo. Ad ihesum autem  
cum venissent ut viderent eum iam  
mortuum: non frangerunt eius cru-  
ra. sed vnus militum lancea latus  
eius aperuit: et continuo exiit san-  
guis et aqua. Et qui vidit testimo-  
nium perhibuit: et verum est testi-  
monium eius. Et ille scit quia ve-  
ra dicit: ut et vos credat. Facta sunt  
enim hec ut scriptura impleretur

Os non comminuetis ex eo. Et iere-  
rum alia scriptura dicit. Videbunt  
in quem transfixerunt. **E**uan-  
gelium cantatur more solito.

**P**ost hec autem rogauit pila-  
tum ioseph ab arimathia  
eo quod esset discipulus iesu. occultus  
autem propter metum iudeorum  
ut tolleret corpus iesu. Et permisit  
pilate. Venit ergo et tulit cor-  
pus iesu. Venit autem et nychode-  
mus qui venerat ad iesum nocte  
primum ferens mixturam myr-  
the et aloes quasi libras centum. Ac-  
ceperunt ergo corpus iesu: et liga-  
uerunt eum lintheis cum arborina-  
tibus. sicut mos est iudeis sepeli-  
re. Erat autem in loco ubi crucifi-  
xus est hortus: et in horto monu-  
mentum nouum: in quo nondum  
quisquam positus fuerat. Ibi ergo pro-  
pter parasceuen iudeorum. quia  
iuxta erat monumentum: posue-  
runt iesum. **P**ost passionem sa-  
cerdos dicit orationes solemnes in  
dextro cornu altaris. quarum pri-  
ma est pro pace ecclesie dicendo pla-  
ne sine dominus vobiscum.

**O**remus dilectissimi nobis  
pro ecclesia sancta dei ut ea  
deus et dominus noster pacifica-  
re et custodire dignetur toto orbe  
terrarum subiciens ei principa-  
tus et potestates: detque nobis quie-  
tam et tranquillam vitam de gen-  
tibus glorificare deum patrem om-  
nipotentem.

Sine conclusione **S**cinde

## Parasceues.

Oremus. **S**yaconus stans a dextris dicit. **E**lectamus genua. **T**unc clerus et populus flectunt genua. **E**t deinde sacerdos psequitur sequentem orationem.

**O**mnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in christo gentibus reuelasti custodi opera misericordie tue: ut ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in professione tui nominis perseueret.

Deinde dicit dyaconus. **L**euate. Sacerdos psequit conclusionem orationis sic. **P**ro eundem dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui te. vi. et regnat in unitate spiritus sancti deus pro oia secula seculorum. Amen. **I**dem ordo fit in omnibus orationibus antequam crucem adoret. Deinde sacerdos

**O**remus et pro beatissimo **O**mo papa nostro. **P**ro ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordinem episcopatus: saluum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei.

**O**remus. **E**lectamus genua. **O**mnipotens sempiternus deus cuius iudicio uniuersa fundantur. respice propitius ad preces nostras et electorum nobis antistitem tua pietate conserva: ut christiana plebs que tali gubernatur auctore. sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur.

**L**euate. **P**ro dominum nostrum etc.

**P**ro uniuersis gradibus ecclesie. **O**remus et pro omnibus episcopis presbiteris et diaconibus subdiaconibus accholis et exorcistis: lectoribus ostiariis presbiteris virginibus viduis. et pro omni populo

lo sancto dei **O**remus **E**lectamus genua.

**O**mnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes. ut gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. **L**euate. **P**ro dominum nostrum ihesum christum filium tuum eius.

**O**remus **P**ro Imperatore et pro christianissimo imperatore nostro. **P**ro ut deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes: ad nostram perpetuam pacem. **O**remus.

**E**lectamus genua

**O**ratio

**O**mnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura regnorum. respice ad romanum benignus imperium ut gentes que in sua feritate confidunt potentie tue dextera comprimantur.

**L**euate. **P**ro dominum nostrum

**P**ro cathecuminis

**O**remus et pro cathecuminis nostris ut deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum. ianuamque misericordie. ut per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum. et ipsi inueniantur in christo ihesu domino nostro

**O**remus. **E**lectamus genua.

## Barasceues.

**O**mnipotēs sempiternae deus qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectum cathecuminis nostris. ut renati fonte baptismatis adoptionis tue filii aggregentur. **Leuate. P. dñm nostr.**

**O**remus di. Pro tribulatis electissimi nobis deum patrem omnipotentem: ut cunctis mundum purget erroribus morbos auferat famem oppellat. aperiat carceres. vincula dissoluat. peregrinantibus reditum. infirmantibus sanitatem. nauigantibus portum salutis indulgeat. **Oremus. Electamus genua**

**O**mnipotens sempiternae deus meorum consolatio. laborantium fortitudo pueniat ad te preces. de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. **Leuate. P. d.**

*Pro hereticis et scismaticis.*

**O**remus et pro hereticis et scismaticis. ut deus et dominus noster eruat eos ab erroribus uniuersis. et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. **Oremus Electamus genua**

**O**mnipotens sempiternae deus qui saluas omnes et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas. ut omni heretica prauitate deposita errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant unitatem

**Leuate. P. dominum nostrum Ihesum xpm etc.**

**O**remus et pro **Pro iudeis** perfidis iudeis ut deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: ut et ipsi agnoscant ihesum christum dominum nostrum. **Oremus** Hic non dicitur flectamus genua nec fit genuflectio sed sacerdos legat orationem sequentem

**O**mnipotens sempiternae deus qui etiam iudaica perfidiam a tua misericordia non repellis exaudi preces nostras quas pro illius populi ob cecatione deferimus. ut agnita veritatis tue luce que christus est a suis tenebris eruant. **P. eundem dominum nostrum ihesum.**

**O**remus et pro **Pro paganis.** paganis: ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum et relictis idolis suis conuertantur ad deum viuum et verum. et unicum filium eius ihesum christum deum et dominum nostrum. **Oremus. Electamus genua.**

**O**mnipotens sempiternae deus qui non mortem peccatorum sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram et libera eos ab idolorum cultura et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nominis tui. **Leuate. P. dominum nostrum.** cum ceteris usque per omnia secula seculorum. **Amen** inclusive. **¶** Deinde duo sacerdotes stantes in casulis et tenentes crucem coopertam pallio rubeo cantent fracta voce usque in finem hunc usum. **Popule meus quod feci tibi aut in quo peristavi te. responde mihi: quod eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo. Deinde duo**

## Parascenes.

scolares. **Agpos otheos. Agpos**  
**hyschpros. Agpos athanathos**  
**eleison imas. Chorus** respondit  
 ter flectendo genua. **Sanctus de?**  
**Sanctus fortis. Sanctus i im/**  
**mortalis. miserere nobis. Sacer/**  
**dores** cum cruce paululum pgressi  
 cantet **Quia** eduxi te p desertum  
 quadraginta annos i manna ci/  
 bavi te et introduxi in terraz satis  
 bonam parasti crucem saluatori  
 tuo. **Scholares Agpos. vt supra**  
**Chorus. Sanctus. Sacerdotes**  
 iterum cum cruce paululuz pgressi  
 cantent. **Quid** ultra debui facere  
 tibi. i non feci: ego quidem plāta/  
 ui te vineam meā fructu decorauī  
 i tu facta es mihi satis amara a/  
 ceto nāq; sitim meā potasti i lau/  
 cea pforasti latus saluatoris tui.  
**Scholares. Agpos. Chor?**  
**Sanctus. Sacerdotes** ferētes cru/  
 cem ad exitum chori et tenētes can/  
 tibi detegēt et eandem vsus populū  
 eleuando incipiūt alta voce. **Ecce**  
**lignum crucis. Choro psequente.**  
**in quo salus mundi pependit ve/**  
**nite adoremus. Seide** sacerdotes  
 modicum altis eleuādo crucē et vo/  
 cem cantant. **Ecce lignum crucis.**  
**Choro** respondēte. **in quo sal?** vrs  
 vsq; ad psal. Seide iterum sacerdo.  
 altius eleuando crucem et vocē can/  
 tant. **Ecce lignum. Choro psequē**  
**re. in quo. cum ceteris rē. Psal.**  
**Beati immaculati in via qui am**  
**bulant in lege domini** Seinde pre/  
 dicti sacerdotes deponūt crucē erēc/  
 tam ante altare. et cātor incipit **Alī.**  
**Crucem tuam adoramus domi/**  
**ne. Choro** flectēte genua et psequēte

et sanctam resurrectionem tuam  
 laudam? et glorificamus ecce em  
 ppter crucē veit gaudiū in vniuer  
 so mūdo **Psal. De?** misereat nri i  
 bndicat nobis illuminet vultū su  
 um sup nos i misereatur nostri.  
**Repetit a choro Alī. Crucem tu**  
**am vsq; ad ps Seinde** canit p duos  
**Chor fidelis in/ Hym.**  
**Q**ter omnes arbor vna nobi/  
 lis nulla silua talem pfert fronde  
 flore germine. **Dulce** lignum dul  
 ces clauos dulce pondus sustinēs  
**Chor?** repetit. **Cruc** fidelis ad om  
 nes vsus. Seinde predicti duo can/  
 tant vsus sequentes. **Dāge** ligna  
 gloriosi prelium certaminis i sup  
 crucis trophēum dic triumphum  
 nobilem qualiter redemptor orb/  
 immolat? vicerit. **Chorus. Cruc**  
**fidelis. De** parētis prothoplasti  
 fraude factor condolens: quando  
 pomi norialis morsu in mortē cor  
 ruit. ipe lignum nunc notauit dā  
 na ligni vt solueret. **Cruc** fidelis.  
**Hoc** opus nostre salutis ordo de  
 poposcerat multiformis prodito/  
 ris ars vt artem falleret i mede/  
 lam ferret ide hostis vnde leserat.  
**Cruc** fidelis. **Quādo** venit ergo  
 sacri plenitudo temporis missus  
 est ab arce patris natus orbis cō/  
 ditor atq; ventre virginali caro fa  
 ctus prodijt. **Cruc** fidelis. **Fagit**  
 infans inter arta conditus prese/  
 pia membra pannis inuoluta vic  
 go mat alligat et pedes manusq;  
 crura stricta cingit fascia. **Cruc** fi  
 delis. **Lustra** sex qui iam pacta  
 tps implens corporis se volēte na  
 tus ad hoc passione deditus agn?

## Parasceues.

in cruce letetur immolandum sti-  
pice. **O**ruy fidelis. **N**ic acetū fel  
arundo sputa clauis lancea mite  
corpus pforatur sanguis vnda p  
fluit terra pontus astra mundus  
quo lauantur flumine **O**ruy fid.  
**F**lecte ramos arbor: alta tensa la  
pauiscera rigo: lentescat ille quē  
dedit natiuitas vt supni membra  
regis miti tendas stipite **O**ruy fi.  
**S**ola digna tu fuisti ferre p̄cium  
seculi atq; portum preparare nauta  
mūdo naufrago quem sacer cru-  
or puuric fufus agni corpe. **O**ruy  
fidelis. **G**loria r honor: deo vsq; q̄  
altissimo vna patri filioq; cum in-  
clito paraclito cui laus est r pote-  
stas per eterna secula. **O**ruy fide-  
lis inter. **S**einde legūtur oratōes  
sequētes ante crucem. et interim cā-  
rantur **Ant.** **D**um fabricator: rō. vt  
infra

*Oratio ante crucem*

**D**omine iesu christe qui hodi-  
erna die in cruce suspensus  
r clauis confixus p redemptione  
hūani generis pprium sudisti san-  
guinem. quiq; latroni tecum pa-  
riter crucifixo humiliter supplicā-  
ti veniam scelerum r paradysi a-  
menitatem contulisti: concede no-  
bis. qui venerabile vexillum san-  
cte crucis suppliciter adoramus vt  
hoc semper contra omnes insidias  
diaboli signo defendamur. et per  
passionē tuam ab omnibus pec-  
catis liberari. r resurrectionis tue  
participes esse mereamur. q̄ mor-  
tuus es p nobis et resurrexisti. ac  
vius r regnas deus benedictus ī  
secula seculorum. Amen.

*Alia oratio.*

**D**omine iesu christe qui nos  
per crucis passionem hodi-  
erna die de diabolica seruitute li-  
berasti. vt quo die hominem con-  
dideras eodem r reformares. exau-  
di me miserum et indignum pec-  
catorum coram hoc signaculo cru-  
cis cōfitemem r deprecantem. vt  
huius venerabilis r vitalis signi  
tutione munitus r hostis nequil-  
simi ignea tela repellere et ab in-  
flicis euacuari vulneribus. r ad  
vitam eternam peruenire valeā.

**P**re iesu christe saluator **Ant.**

**D**um fabricator: mundi mortis  
supplicium pateretur in cruce cla-  
mans voce magna tradidit spiri-  
tum: r ecce velum templi scissum  
est monumēta aperta sunt terre-  
motus enim factus est magnus.  
quia mortē filij dei clamabat mū-  
dus se sustinere non posse. aperto  
ergo lancea militis latere crucifi-  
xi domini exiit sanguis r aqua ī  
redemptionem salutis nre **Ant.**

**O** admirabile precium cuius p̄-  
dere captiuitas redempta est mū-  
di tartarea cōfracta sunt claustra  
iferni apta est nobis ianua regni  
**I**nterea venit sacerdos vt adora-  
tam deo sculet crucem **S**einde ceteri  
et populus. **S**alutata vero cruce  
et reposita in loco suo. **P**resbiter in-  
dutus casula vadat ad locum vbi  
seruatum est corpus dñi cum thure  
et lumine et cum reuerētia deportēt  
ad altare submissa voce cantādo.

**H**oc corpus. **P**ostea ponat calices  
sup altare et corporale in loco suo et  
hostiam et infūdat vinum et aquā

## Parasceues.

in calicem et ponat in locum suum. et coopiat utriusque. Postea secedens de altari dicat. **In nomine patris Adiuutorium nostrum. Confiteor deo patri. Misereatur. Indulgentiam etc.** more solito usque **Domine exaudi orationem meam** indu siue. et non ultra. Seinde ascendens ad altare. Quo finito inclinet se ante altare tacite dicens. **In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur domine a te. non ultra.**

Quo finito statim se erigat et ordinet sacram hostiam sicut ordinari solet ante **Sanctus.** Seinde facta inclinatione eleuando hostiam ad labium calicis sub missa voce ceteret **Oremus** Seinde eleuabit hostiam modicum altius supra calicem ut a circumstantibus videri posset Quo facto deponat eam supra corporale et cooperto calice dicat **Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemus dicere. Pater noster qui es in celis etc.** iuxta solitum. Seinde dicto a choro. **Sed libera nos a malo.** Sacerdos accepta patena ut moris est dicat. **Libera nos.** Quod dicitur alte ut audiatur signando se sacerdos cum patena more solito. Seinde diuide sanctam hostiam sub his verbis **Per eundem dominum nostrum etc.** Siuisa hostia cantet sub missa voce **Per omnia seculorum Amen.** Tunc mittat partem in calicem solito more nihil dicens sicut alis consuetum est. **Pater domini non dicitur. nec Agnus dei nec Fiat hec communitio. nec ille orationes Domine iesu christe dicuntur.**

**Sed cooperto calice dicere potest Deus propitius Domine non sum dignus.** Seinde erigat se et prior communicet. et alij qui voluerint. Ad summptionem calicis dicere potest **tm Laudans innocabo dominum et ab.** Post summptionem calicis dicat. **Quod ore sumplimus. et non plus Corpus tuum domine non dicitur.** Sed sumpta ablutione leguntur immediate vesperis cum silentio. sine **Deus in adiuutorium.** s. plane sic incipiendo **psal.** **Confitebor cum ceteris psal.** de seipso ra feria absque **Gloria patri.** et **Antiphona** et **Hym.** et **v.** **Et finitis psal.** dicitur **psal.** **Magnificat etiam sine Gloria patri** Quo finito dicitur **v.** **Christus factus est pro nobis obediens deo patri usque ad mortem: mortem autem crucis.** Seinde **Pater noster.** **psal.** **Miserere mei.** sine **Gloria.** Seinde reperitur **v.** **Christus factus est ut supra** Seinde sine **Dominus vobiscum** et **Oremus** dicitur **coll.** **Respice quod domine super hanc familiam tuam pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum.** sine conclusionem **His rite factis sacerdos cum ceteris exiit casula crucem portans paulatim ad sepulcrum procedens candelam thuribulo et aqua benedicta cantando sub missa voce **Re.** **Ecce quomodo moritur iustus.** Interim crux in eodem loco qui sepeliendo ponatur et thurificetur cum incenso. et aspergat aqua benedicta. et signet sepulcrum lapide. **Quibus factis canit submissa **Re.** **Sepulcro domino cum suo v.** **Et omnes salutem crucem flectentes genua ante sepulcrum. Et sic completa sunt omnia. ponatur candelam circa sepulcrum sicut factat eam sicut ecclesie etc.******

## In vigilia Pascebe benedictio noui ignis

